



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reveren-||dissimi In Chri-||sto Patris Et Domini, Domi||ni  
Hermanni sanctæ Colonien[sis]. ecclesiæ Archiepiscopi,  
Principis || Electoris, Westphaliæ & Angariæ Ducis &c.  
Iurisdictio-||nis ...**

**Hermann <V., Köln, Erzbischof>**

**Coloniæ, 1529**

**VD16 ZV 26551**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30917**





Beatus Hilarius libro vij de trinitate Hoc proprium habet ecclesia  
quod dum persecutionem patitur floret, dum opprimuntur crescit,  
dum continentur proficit, dum leditur vivit, dum arguitur  
intelligit, tunc stat cum superari videtur

Reverendissimus Dns n'r Dns Adolphus, Sancte Coloniensis Archieps, Princeps Elector, id  
mandavit quod Decani collegiales civitatis Coloniensis debeant inungere suis Cononibus,  
& ecclesiarum membris infra scripta puncta, sub pena suspensionis, a perceptione fructuum  
firmiter observare & contravenientibus huiusmodi pena irremissibiliter promodo delicti imponere

Primo quod cum visitant maiorem, tanquam matrem ecclesiam, non debeant choros pertransire,  
sed choros eiusdem ecclesie intrare, ac preces, laudes, & gratiarum actiones cum gravitate, et  
decorata modulari atque persolvere,

Secundo quod etiam non debeant percurrere ante choros maioris ecclesie, &  
ibidem infra summum altare, & choros seu cancellos, cum religiosis, aut etiam sine  
religiosis stare & confabulari

Tertio quod in publicis stationibus, & processionibus non debeant se deflectere  
extra processiones ad alios externos & fabulando cum illis obambulare

Quarto quod non debeant in maiori ecclesia, aut etiam in illorum ecclesiis tempore  
divinorum cum religiosis, aut sine religiosis fabulando vagari, & deambulare,

Quinto quod etiam non debeant absque religione choros ecclesiarum collegiarum sub  
divinis precedere, aut etiam sub statione se absque religione ostentare,  
& in publicum prodire

Anno d'ni 1529 die mercurij 17 mensis Julij Dns n'r Decanus Conradus  
Orto legu' Doctor prelegit nobis pre scripta quinqz puncta

J 18.

W VIII

14 2

1114  
1

Fragment of a manuscript strip on the right edge, containing handwritten text and musical notation.

*Seneca*  
 In hoc aliquid gaudere discere ut doretur. Nec me ulla res delectabit, inquit, sit  
 eximia & salutaris, quae mihi in futurum sum, Si tu hac exceptione  
 detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec emittam, reijciam.  
 Nullius boni sine sorde, iocunda est possessio

# REVEREN- DISSIMI IN CHRI-

STO PATRIS ET DOMINI DOMI-

ni Hermanni sanctae Coloniae ecclesiae Archiepiscopi, Principis

Electoris, Westphaliae & Angariae Ducis &c. Jurisdictionis

ecclesiasticae Archiepiscopalis Curiae Coloniae,

Reformatio, adiectis aliquot, tum veteribus iam resti-

tutis & repurgatis, tum novis Statutis & Ordi-

nationibus, Omnibus iurisdictione spi-

rituali, uti volentibus, apprimè

utilibus & necessarijs.

*Quae nro fuerint, nro perierint  
 si populatum quarta cura paraguntur, statim ferunt*

ANNO M. D. XXIX.




CVM PRIVILEGIO ARCHIEPISCOPALI.

HISTORIA SCHOLASTICA  
SACRATA

REVERENDISSIMI IN CHRISTO  
SACRO PATRI ET DOMINI DOMINI

ANNO M. D. XXIX.



CVI PRIVILEGIO ARCHIEPISCOPI

# HERMAN- NVS DEI GRATIA

SANCTAE COLONIEN- ECCLE  
SIAE ARCHIEPISCOPVS, SA

cri Romani Imperij per Italiam Archi

cancellarius, Princeps elector,

Westphaliae & An

gariae

Dux, Legatusq; natus, &c.



QVANQVAM A RECOLENDAE

memoriae retro principibus praedecessoribus nostris  
ecclesiae nostrae Colonienfis Archiepiscopis, cum aliis  
multa, tum ea, quae ad iudiciorum ordinem pertinent,  
summa cum prouidentia constituta sint. Atque adeo  
Iurisdictioni nostrae ecclesiasticae exercendae, optima  
forma praestituta, ut si hominum & temporum mali-  
tia ab ea paulatim discessum non fuisset, iudicia habe-

remus, pristino illo suo vigore decurrentia, nec tantas  
indies quaerimonias aures nostrae sustinerent. Verum quod & aliis omnibus in  
rebus vsuuenire videmus, ut ea quae rectissime sancita sunt, partim abutentium  
nequitia deprauentur, partim etiam malorum improbitate penitus aboleantur,  
id quoque constitutionibus praedecessorum nostrorum, quae de exercendis iudi-  
ciis emanarunt, euenit. Et quidem perniciosissime. Quid enim reipub. contin-  
gere potest damnosius, quam cum iudiciorum vigor & tribunalia, ubi iustitia (qua  
sine, nulla hominum societas consistit) administranda est, vitium contrahunt, &  
a recto tramite aberrant. Quamobrem cum nihil aequae principis officio conue-  
niat, quam ut iuris iustitiaeque viam omnibus patentem faciat, his, quae remorantur ob-  
staculis procul amotis, operae pretium nobis visum est, praedecessorum nostro-  
rum Statutis, quae vel necessaria vel vtilia, & ex re fore cognouimus, restituis.  
Caeteris vero aut resecatis penitus, aut accuratè emendatis, & eorum loco, per-  
multis a nobis aeditis ordinationibus substitutis, iurisdictioni nostrae ecclesiasti-  
cae corrigendae animum intendere. Quod tandem, adhibito tam venerabilis Ca-  
pituli nostri, quam Iurisperitorum consilio, fecimus, singulis Consistorii nostri ordi-  
nibus, sua munera praescribentes.

A ij



S T A T V T A  
SEQVNTVR

STATVTA IVDICIALIA OLIM

Reuerendissimi in Christo patris, ac Domini

ni, Domini Theoderici Archie

episcopi Colonienfis,

&c, restituta,

eli mata, & recepta.



THEODERICVS DEI GRATIA, SAN  
ctæ Colonienfis ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Imperij per Itali  
am Archicancellarius, Westphaliæ & Angariæ Dux, Aposto  
licæ sedis Legatus, &c. Honorabili Officiali, Sigillifero, Aduo  
catis, Procuratoribus, Notarijs, Audientiarijs, Bancalibus, Nun  
cijs, & omnibus, & singulis, Archiepiscopali Iurisdictioni, & Curia nostris Co  
lonienfi suppositis, tam præsentibus, quàm futuris, salutem in domino, Et man  
datis nostris firmiter obedire. Ad integritatem & reformationem Iurisdictionis  
prædictæ, summis præcordijs intendentes, visis, auditis, & intellectis excessi  
bus, qui praua corruptela multiformiter in prosecutione iustitiæ inualuerunt,  
cōmunicato nostrorum Iurisperitorum, etiam Prælatorum multorum cōsilio,  
medicamen nostræ prouisionis eisdem erratis & excessibus, per infrascriptorū  
Statutorum Decreta apponere statuimus. Vobis omnibus districtè præcipien  
do mandantes: quatenus subsequētia Statuta atque Decreta, sanè & maturè  
per nos cōdita, inuiolabiliter obseruetis, & iuxta ipsorum tenorem  
obseruari mandetis. Quorum tenor de verbo ad  
verbum inferius annotatur,

## T H E O D E R I C I

**I**n primis: Statuimus, vt de cætero nullus admittatur ad officia Aulæ & Curie nostræ, in Aduocatum, Procuratorem, Audientiarium, Bancalem, Nuncium, aut qualitercunque, nisi prius iuret nobis personaliter, vel cui nostro nomine duxerimus committendum, fidelitatem in dictis, iurisdictione & officio suo incumbentibus, & iura ecclesiastica & sigillum, ac officium Curie nostræ promouere.

II. Supradicti erunt Clerici, non vxorati: exceptis tamen Aduocatis.

III. Procuratores officij, qui Fiscales dicuntur, erunt duo Clerici, & nulatenus vxorati, quia debent correctioni sacerdotum & clericorum insistere.

III. Officialis & Sigillifer nostri, non vendant, neq; conferant officia Aulæ, absq; speciali nostro consensu vel mandato. Similiter officij Aulæ nõ vendent neq; resignabunt eorum officia alijs, absq; speciali scitu & consensu nostro

V. Procuratores Fiscales, omnes literas, quas ex officio emittent, signari facient per Audientiarium, & non debent aliquem excessum terminare, sine scitu Sigilliferi nostri, nec Sigillifer sine eis, & teneantur facere eidem Sigillifero computum in singulis quatuor temporibus semper.

VI. Omnes permutationes licentiatoria, & dispensationes expediet Vicarius seu Commissarius noster in spiritualibus, qui erit pro tempore, sub sigillo officialitatis nostræ, saluo iure Cancellariæ nostræ.

VII. Si officij & membra Curie nostræ aliquos excessus commiserint, & in officijs eorum negligentes extiterint, & partes neglexerint, decernimus quod Sigillifer noster possit & debeat eos charitatiuè monere, corrigere, suspendere ab officio vel priuare, pro modo reatus, & qualitate delicti.

VIII. Non detur sententia diffinitiuæ, neq; copia alicuius sententiæ alicui partium, nisi sub sigillo Curie nostræ.

IX. Aduocati nostræ Curie, sint & esse debent intelligentes, scientifici, periti, & honestæ conuersationis & vitæ.

X. Notarij causarum dictæ Curie nostræ, erunt in numero decem, & ex eis vnus erit Officialis nostri Sententiarius, & præter illos, alius Vicarij nostri in spiritualibus Notarius, qui solus permutationes, licentiatoria, dispensationes, & cætera per nostrum Vicarium Decreta notabit, & conscribet ea in formis debitis & consuetis.

XI. Erunt Procuratores causarum in numero nouem, exceptis Fiscalibus.

A iij Notarij

## STATUTA

XII. Notarij Bancales erunt numero tot, quot pro ratione temporis nobis necessarij videbuntur.

XIII. Debet esse vnus Audiētiarius Curie nostrae Colonienfis.

XIII. Officialis non seruet priuata iudicia, sed in aula & Consistorio nostro causas audiat & decimat, nisi aliqua causa interuenerint, in quibus facilis expeditio possit dari, Tunc liceat Officiali nostro partes etiam priuatim audire, vel aliquibus Aduocatis committere, quod se informent in camera prope Consistorium, & referant Officiali vterius in loco iudicij decidendas, & sine debito terminandas.

XV. Quod causa sub summa duodecim florenorum, & infra, expedientur per Officialem summarie, & sine scripturis, & in omnibus causis huiusmodi procedatur summarie & de plano, & expediantur cito, ne partes pro modico vexentur laboribus & expensis, nisi certa esset lis super certa annua pensione, in qua admittetur libellus, & quod dictae paruae causa super summa praedicta, semper expediantur infra tres menses, Aliae vero super summam duodecim florenorum, & infra summam centum florenorum infra dimidium annum, Caeterae vero omnes causa infra annum, & non inmerito, quia non est aliqua causa ita grauis, quin possit bene expediri infra annum, si adhibeatur diligentia, saltem in partibus istis, & si fuerit talis expeditio, cessabit querela hominum. Vide infra statuta Roperti & refor. nouam, titulo de Notarijs, c. ix.

XVI. Officialis noster Colonienfis, excessus Clericorum remittet ad nostrum Sigillum iterum corrigendos.

XVII. Procuratores non intromittent se de officio Aduocatorum, Nec aliquis Procurator sit Procurator vtriusque partis.

XVIII. In causis prophanis, super verbis iniurijs, percussione seu uulneratione, & etiam in alijs causis emptionis, uenditionis, supportationis, qualescunque sint, quae se extendunt ad summam duorum florenorum, & infra, quae contingunt inter commorantes extra ciuitatem Coloniensem, sub una parrochia, siue sub uno iudice seculari immediato, qui iudex temporalis ad omne ministerium, singulis duobus mensibus, suis non partium expensis seruat iudicium siue audientiam, & per distantiam unius miliaris, & inter laicales personas tantum, illas causas Officialis remittat ad iudicem temporalem, sub quo partes commorantur, cum condemnatione expensarum contra Actores, & committatur Bancalibus, quod in huiusmodi causa non dent citationem. Quod si contrarium faceret, tunc condemnabuntur partibus in expensis, quas de super fecerunt.

XIX. Audiētiarius debet esse homo intelligens & maturus, quia ipse registrabit omnes sententias aggrauationum, &c. cum oibus alijs mandatis, &c. & modificationes Fiscalium pro praedictis cum sententijs & alijs praeter solitum registrandis. Quod

## T H E O D E R I C I

XX. *Q* Officialis & Sigillifer nostri debēt esse diligētes circa iurisdictionem, & vnus assistet alteri, vt eo honestius regatur Curia, & diligētius partibus iustitia ministretur.

XXI. *C*ausas inceptas in iudicio tēporali prius remittat Officialis ad loca, vbi prius inceptæ, & nō iudicētur per Officialē, nisi sint causæ ecclesiasticæ.

XXII. *S*i aliqua pars cōtumaciter in excōmunicatione perseueraret pro debitis, seu etiam alijs causis tāto tēpore, q̄ merito cōtra iudices tēporales vel ad ponēdum interdictū procedi debebit, volumus q̄ prius iudiciū tēporale contra huiusmodi grauatas procedat in personas, seu bona eorū usq̄ ad satisfactionē cō dignā. Si vero pars rea esset adeo pauper, q̄ nō haberet in bonis, vnde solui possit creditoribus suis, eo casu decernimus, q̄ si duo de Schabinis illius iudicij personaliter aut per eorū literas, sigillo eorū munitas iuramēto mediāte, Officialē & Sigilliferum nostros de huiusmodi rei paupertate certificauerint, tunc cessetur ab ulteriori processu, nec interdictū ponatur. Seruetur tamen in præmissis iura audientiarie nostræ, ac si iudices fuissent grauati & interdictū positum.

XXIII. *S*i aliquis aggrauatus esset & cōpelleretur per iudices temporales ad satisfaciendum per promptas pecunias, si nō haberet pecunias, tūc iudex tēporalis capiet bona seu hæreditates rei, & pars cui obligata est, ueniet & accipiet solutionem de illis bonis seu hæreditatibus in tali parrochia ubi huiusmodi hæreditates seu pignora existunt. Ita q̄ in præsentī articulo seruetur ius cōmune de immiffione in possessionem.

XXIII. *S*i adeo aliquis pauper esset, q̄ nō haberet unde solueret, tunc iudex temporalis ponet eū ad carceres, & pars aduersa ueniet infra tridū & faciet expensas incarcerato, & si hoc nō fecerit, tūc iudex temporalis illum incarceratum liberè & simpliciter dimittet.

XXV. *L*atores literarū iurabūt, q̄ nō utantur nec portent citationes, monitiones, uel aggrauatiōes simul & semel unico cōtextu, cōtra aliquā partem & ad instātiā unius partis & super una causa, & recipiēt pro salarijs eorum iuxta ordinationem Sigilliferi nostri, & dicti latores literarum siue Nuncij debēt simpliciter recipere literas, & nō supportatiōes siue cessiones.

XXVI. *S*igillifer faciet fidelem diligētiam in officio suo, & debet esse hora debita in Aula, uel per se, uel per Subsigilliferum suum sine captione uel fraude, & expediet beneuolè & gratiosè.

XXVII. *S*igillifer recipiet computum & rationem semper in quartale anni, ab Audientario, & etiam examinabit monitiōes p̄ Fiscales emissas, & etiam in causis matrimonialibus, vt sigillum non defraudetur, & in talibus seu quibus Fiscales negligentes fuissent, hoc Sigillifer recuperabit iuxta suum posse.

XXVIII. Pro vna absolutione pro contumacia, quæ excederet à data per sex menses debet recipi vna marca pro sigillo, & infra sex menses de quolibet mense vnus albus denarius

XXIX. Pro vna absolutione pro recognito vel pro re iudicata, de quolibet mense vnus albus, hoc adiecto, quòd non debet plus pro absolutione, quàm recognitum se extendit, habere.

XXX. Pro absolutione presbyteri, tam pro recognito, quàm pro contumacia, pro quolibet mense dabit vnum florenum superiorem, Pensata tamen qualitate personæ & causæ.

XXXI. Pro sententia matrimoniali, siue adiudicatoria, pro sigillo duos florenos superiores, nisi paupertas excuset.

XXXII. Si presbyter vel laicus excommunicatus esset, & à suis superioribus, vel à ciuitate, in qua morā trahit, aut ab alijs honestis & probis viris ad notitiam deduxerit, quod pauper esset, & quod ex mera paupertate non haberet unde solueret, tunc absolutio detur eis gratis.

XXXIII. De absolutione cadauerum interdictorum & relaxatione, iuxta qualitatem facti, & personarum qualitates recipi debet.

XXXIII. Quòd Officialis & Sigillifer mutuo se deliberent, informēt, & informari se faciant de meritis causæ, antequàm aliquod Interdictum ponatur. Et non cōcedatur ecclesiasticum interdictum faciliter sine magna causæ cognitione, ne innocētes faciliter opprimantur, sed moneantur prius iudices, vt infra certum tempus reum expellant, prout in consilio Basiliensi nouiter est decretum.

XXXV. Officialis & Sigillifer nostri, iurabunt promouere iurisdictionem & officium, cum debito honore, & similiter alij Aulicæ, vt supra in primo articulo.

XXXVI. Officialis dispensationes Statutorum provincialium ac synodalium remittet ad Sigilliferum Curie sigilladas, nec eas signabit, saltē pro aliquo pretio.

XXXVII. Officialis non pronūciabit ex aliquibus Actis, nisi prius sigillo Curie sigillatis, & sient Acta duplicia, nisi paupertas excusauerit partes.

XXXVIII. In Citatione & alijs literis exprimat summa & causa, ex qua, & dies scribatur in literis secundum festa.

XXXIX. Officialis admittat formales, & bonas petitiones, libellos & excep

## T H E O D E R I C I

exceptiones.

**XL.** Ut quilibet officarius Aulae, scilicet, Notarius, Procurator, Bancalis, exerceat officium suum in Aula per seipsum, nisi à nobis habuerit licentiam, alium subrogandi specialem, nec exerceant aliquod aliud, vel simile officium in alio iudicio vel coram alio iudice, sub poena priuationis sui officii.

**XLI.** Inhibeatur Aulicis, ne de cætero caueant, & maxime cum partes sint præsentes: si autem absentes essent (modo fraus & dolus non interueniant) cauere poterunt.

**XLII.** Iniungimus Procuratoribus Aulae nostrae, sub poena, per nostrum Officialem infligenda, quatenus partes suas de necessarijs intelligibiliter, & distincte certificent semper, & terminorum præfixionem eisdem notificent.

**XLIII.** Quòd sub magna poena Procuratores sine magna causa non referant se ad interloquendum.

**XLIII.** Quòd iudex, dilationes, quæ sunt arbitrarie, in quantum poterit, abbreviare curabit.

**XLV.** Quòd in paruis causis non fiant registra nisi duorum vel trium foliorum, itaq; breui stilo ponatur, & scribatur impetitio & responsio sequatur hoc modo, tali die, &c. Iohannes dixit se tradidisse mutuo decem, quæ petit sibi restitui, & Petro negante, præfixi sunt Iohanni peremptorie ad probandum &c. octo dies. Et non detur, nisi vnus terminus ad probandum in paruis causis, & ita expediuntur infinitæ causæ, & partes non grauabuntur.

**XLVI.** Non scribantur inhibitiones in Bancis, nec concedentur sine magna causæ cognitione.

**XLVII.** Magna quærela est de hoc, quòd postquam res est iudicata, homines non expediuntur, Idcirco dimissa consuetudine, hætenus obseruata, quòd post annum datur brachium seculare, concedatur brachium seculare, quando iudici videbitur expedire, cum iudex debet & tenetur infligere poenam quæ magis timetur, nec ita potestas sua debet restringi.

**XLVIII.** Non scribantur attestationses, nisi semel, quando Rotuli offeruntur, vt non grauentur partes in expensis.

**XLIX.** Volumus, quòd si Notarius incorrectè scripserit in vno folio, saltem in substantialibus, hoc est, in libello articulado, quòd de illo folio nihil pretij habebit, sed suis expensis rescribi faciet. Ideo provideant de bonis scriptoribus, si per se scribere nequeunt, vt correctè scribantur Acta.

**L.** Si contingat libellum vel positiones & articulos reiici, propter defectum vel vitium, quod pars non sentiat damnum, sed Aduocatus.

Nemo

## STATUTA

**LI.** Nemo Procurator aut Aduocatus facilius sine magna & legitima causa, partem suam inducat ad appellandum, & specialiter ab interloquutoria, quoniam per hoc partes nimium grauantur.

**LII.** Habeatur vnus Aduocatus salariandus de publico, qui bene conscribat conscribenda, & danda pro Fisco, & sit sollicitus in causis & negotiis nostris & ecclesie nostrae.

**LIII.** Procedatur per Fiscales exacte contra testamentorum Executores qui negligunt facere executionem, & retinent sibi defunctorum bona, differendo per tempora & annos.

**LIIII.** Procedatur contra Moniales proprietarias, de bonis, quasi propriis & tanquam seculares personae testantes, quae si secus fecerint, talia bona Fisco nostro, vel in pias causas, prout ordinabimus, applicentur.

**LV.** Prohibemus sub magna poena, ne procuratores paciscantur cum parte litigante de certa parte litis.

**LVI.** Inhibemus, ne aliquis Aduocatus, Procurator, vel quicumque Officiarius Aulae nostrae agat per transportum, vel emat lites, nisi cedatur sibi actio à parentibus suis, ne praetextu illius laici vexentur.

**LVII.** Statuimus, quod vnusquisque de membris Aulae nostrae sub poena praestiti iuramenti, deferat excessus, quos nouerit committi, tam in Clero, quam in populo, illos videlicet, quos Ordinarius corrigere habet ad Officialem, Sigilliferum, ac Fiscales nostros, ut tales excessus corrigantur. Sunt enim graues excessus accurata correctione digni, unde populus scandalizatur, nec emendatur, quia à praesidente ignorantur.

**LVIII.** Quando aliquis reperitur correctione dignus, nullus Aduocatorum vel Procuratorum nostrorum, sub poena iuramenti, audeat eundem contra Fiscum nostrum defendere pertinaciter, cum saepe ex talibus fauoribus datur malefaciendi occasio, Vnde nimium offenditur deus.

**LIX.** Non fiant strepitus & clamores per Procuratores, Notarios, & alios in iudicio nostro, cum hoc cadat in scandalum maximum clericalis dignitatis. Sed vnusquisque alium audiat modeste, & modo simili respondeat.

**LX.** Aduocati, Procuratores, & Notarii Curiae nostrae, non habeant cubinas in domibus suis, & si eas habuerint, sine mora expellant, sub poena priuationis suorum officiorum, super quo Officialis & Sigillifer nostri, pro tempore accuratum habebunt respectum.

**LXI.** Procuratores non retineant pecunias eis à partibus datas, vterius Aduoca

## T H A E T O V D T E A R T I C I

Aduocatis aut Notarijs ministrandas, cum ex hoc causæ differantur ultra tēp<sup>us</sup> debitum, in partium præiudicium & grauamen.

LXII. Nemo Aduocatorum uel Procuratorum partem suam ad litigandum inducat, quinimo si partis causam intellexerit, uerisimiliter triumphare non posse, ad desistendum consulat, hoc enim inducit bonam famam.

LXIII. Fiscales sint intenti ad sciendum crimina excessus laicorum ut corrigantur, neq; faciant transactionem cum partibus super illis.

LXIII. Post recessum Officialis à suo tribunali, seruetur audientia iux<sup>ta</sup> morem antiquum, in qua unus Notariorum sedens super tribunali citatos audiatur, & Procuratores de cætero ibidem maneant, & seruent debitum ordinem in proponendo absq; strepitu & clamore, & seruetur ibidem iudicium, sicut coram Officiali nostro, ne partes negligantur, Causas uero pregnantes & graues remittant ad Officialem & Sigilliferum.

LXV. Officialis noster non dabit alicui absolutionem ex officio, nisi subsit magna necessitas, & ex rationabili causa de consensu tamen partis, & scitu Sigilliferi nostri.

LXVI. Officialis noster non recipiat aliquid de interloquutoria, quoniam per hoc partes nimium grauantur.

Vide Refor. nouam, sub titulo de Officiali, c. ix.

LXVII. Non fiat in Actis repetitio materiae semel scriptæ, sed scribantur per uerba ut prius, uel ut habetur tali folio, quoniam per repetitionem materialium fit grauamen partibus.

LXVIII. Procuratores post conclusionem causæ, quàm cito poterunt præsentent Officiali Acta sigillata partium suarum, sub poena præstiti iuramenti, ne una pars negligatur propter aliam, seu propter negligentiam Procuratoris, quod si non fecerit, octo diebus per nostrum Officialem à suo officio suspendat.

LXIX. Procuratores post conclusionem, causarum & litium inter partes compositionem, per collusionem non faciant, uidelicet ne defraudetur sigillum nostrum, Sed si causa concordia cōtingat eos de compositione tractare inter partes, prouideant sigillo nostro, ac si causa ad finalem decisionem fuissent deducta, Approbamus enim inter partes de compositione tractari, saluo iure nostri sigilli, Nec sicut multotiens est compertum simulata compositione ius nostrum sigilli alijs applicabitur, Vnde pars magis fuerit grauata quàm fuisset post sententiam latam, quia forsan triumphasset, & quod iuste sibi debebatur per simulatam compositionem fuit sublatum.

Officia



I S T A T U T A

LXX. Officialis noster summarie & de plano absq; strepitu & figura iudicij procedat, immediate diffiniendo sine scriptis, causas motas seu mouendas super paruis iniurijs, & inter humiles personas, præsertim inter mulieres, quæ facilliter rixantur.

LXXI. Officialis noster ex officio suo teneatur semper pauperibus personis Aduocatos, Procuratores, & Notarios deputare, qui propter deum gratis seruiant, causas eorum promoueant, & eorum propositio semper audiat prius, sicut in Curia Romana seruatur.

LXXII. Nullus officiatorum Curia nostræ detrahat Officiali uel Sigillifero nostris pro tempore, nec partem suam contra eos incitet, negligentiam suam retorquendo in eosdem. Sæpe enim cum causas perdunt se excusando imponunt iudici culpam, partes contra eundem incitando.

LXXIII. Statuimus, quod quilibet officiatu Aulæ nostræ officio suo intendat fideliter & sollicitè, nec alteri mancipetur negotio uel seruitio, per quod possit ab assistentia Aulæ impediri, quod si infirmitatis aut alia rationabili causa seclusa, & absq; Sigilliferi nostri licetia speciali, pertinaciter uel alias absens à suo officio extiterit, eo ipso facto intelligatur esse priuatus.

BIBLIOTHEKA SCHOLASTICA  
STATUTA

R O P E R T I

SEQVUNTVR

DEINDE STATVTA REVEREN

dissimi in Christo patris, & Domini, Domi

ni Roperti Archiepiscopi Coe

loniensis, Ecclesiasti

ca Iuris

ditionis reforma

toria.



OPERTVS DEI GRATIA, SANCTAE

ecclesiae Colonienſis Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperij

Princeps elector, ac per Italiam Arhicancellarius, Weſtphaliae

& Angariae Dux, &c. Quia vt experientia didicimus patro

ni cauſarum, Aduocati, Procuratores, & Notarij coram Offi

ciali noſtro pro tempore exiſtentes, à iuris ordine ſæpius deuiarūt, propter quod

& partes litigantes inutilibus expenſis grauari, ſententias ſuper huiusmodi nulo

liter ſeruato proceſſu in Romana Curia annullari & caſſari ſæpius contingit.

Nos modum procedendi in cauſis quibuſcunq; coram dicto Officiali penden

tibus introducendum dare cupientes, habita deſuper cum venera

bili Capitulo noſtro, iuriſperitis & practicis conſiliarijs

noſtris deliberatione matura, Statuimus &

ordinauimus, ac ſtatuimus &

ordinamusea quæ

ſequuntur.

B In primis

## STATUTA

**I**n primis: Innouamus statuta bonæ memoriæ Theoderici Archiepiscopi Colonienfis, prædecessoris nostri, circa iudicarium ordinem laudabiliter ædita, præfertim circa habilitates personarum Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum, & quæ causa censetur summaria & leuis, videlicet illa, quæ non excedit summam duodecim florenorum. Reliquæ vero causæ super rebus, di-  
ctam summam excedentibus censeantur plenæ.

II. Statuimus & ordinamus, quòd causæ introductæ seu introducendæ, super rebus non excedentibus valorem octo marcarum Colonienfium censeantur minime. Etiam si inter pauperrimas personas ventilentur.

III. Statuimus & ordinamus, quòd in causis prophanis summarijs seruabuntur termini & modus procedendi, sicut in causis beneficialibus decimarum matrimonialibus & vsurarum, prout infra patebit.

III. De obseruatione terminorũ in causis plenis merè prophanis. Et termini seruandi in causis prophanis super summa excedente valorem duodecim florenorum Renensium.

V. Primus terminus substantialis necessarius est post citationē ad causam seu post resolutionē monitorij, videlicet quod citetur reus ad libellādum ad secūdā diem. Si tūc libellus nō esset paratus, possit dari certa cedula, in qua inchoatus est libellus nōdum perfectus, & obtineri ad corrigēdum ad secūdā diem, vt terminus seruetur in primo termino præfixo. Iste terminus est communis vtrique parti, ita quòd licet tam actori quàm reo libellare, si vult, libello realiter oblato, citetur pars aduersa vel præfigatur Procuratori apud acta, terminus ad respōdēdū libello oblato, & ad litem desuper cōtestādum & iurādum de calumnia. Primo, ad primā diem iuridicā, Et iste terminus quoad litem cōtestationem iuramentum calumniæ est cōmunis. Secūdo, ad idem sub pœna excommunicatiōis ad primā diem. Terrio, ad idem sub excōmunicatiōis pœna, alioquin ad vidēdum partem aduersam excōmunicari ob nō respōsionem libelli. Interea ostēdatur libellus & exceptiones, si datæ sint cōtra libellū Officiali, vt admittat libellum vel reijciat, & cōpellat ad litem cōtestandam vt moris est. Lite cōtestata, & iurato de calumnia, præfigatur parti terminus ad articulandū, qui etiā est cōmunis vtrique parti ad secūdā. In quo si libellus fuerit articulatus dispositiuus & bonus, potest repeti libellus loco articulorum, vel potest fieri maior specificatio in articulis quod fuit in libello de tempore, loco, &c. Alioquin si libellus fuerit narratus, fiant articuli ad longum, cōcludendo ad primā petitionē datam in libello. Et tunc citetur aduersarius ad dicēdū cōtra articulos ad secūdā. Quo termino seruato, citetur aduersarius, vel præfigatur sibi terminus ad producendum omnia ad secūdā qui etiā est cōmunis. Et in illo termino potest petere Procurator admitti articulos suos, ad probādum parte aduersa præsentē, uel etiā ad hoc citata, si absens fuerit & desuper producere iura & testes. Si non habet, producat iura uerbo cum protestatione ad producendum eadē iura facto suis loco & tpe opportunis.  
Et cite

## R O P E R T I .

Et citetur aduersarius ad dicendum contra ad secundum diem, & in illo accusetur contumacia, vel reus excipiat si voluerit, si non habet negata parata, vel diem per Officialem. Vltimo potest ad cautelam seruari terminus ad declarandum, si aliqua essent dubia ad secundam diem, Lapsis tunc terminis probatorijs assignandis concludatur & feratur sententia.

VI. Similiter in secunda instantia, nisi quod articuli dati in prima instantia repetantur in termino ad articulandum, & quod omnes termini seruati in prima instantia ad secundam, seruentur in secunda & tertia instantia ad primam diem.

VII. Ad effectum pronunciandi super desertione sententiae, necessario seruandi sunt termini ad docendum de diligentia prosecutionis appellatio nis primo, secundo, & tertio, & quarto ex superabundanti, semper ad primam diem iuridicam, & nullus alius terminus.

VIII. Ad effectum quem declarandi incidisse poenas contentas in literis executorialibus vel inhibitionis, vel alijs quibuscumq; seruentur necessario termini ad docendum se paruisse literis huiusmodi primo, secundo, tertio, semper ad primam diem, Si autem est prohibitum in inhibitione, ne tale quid fiat, necessarium est articulari inhibitum, post inhibitionem talia fecisse, & parte citata, ad dicendum contra articulos, super huiusmodi contrauentione datos ad primam diem, absque litis contestatione admittentur & probentur, & facta probatione, fiat declaratio.

IX. In causa grauaminis, puta in omnibus grauaminibus, etiam habentibus vim diffinitiuę, videlicet in causis appellationum interpositarum a sententia nullitatis quacunque, vel a sententia lata super desertione quacunque, post citationem producatu appellatio, si actor vult seruare terminos, vel repetatur, prout est in actis, & citetur aduersarius ad dicendum contra ad primam diem, & seruato illo termino, accusata contumacia, citetur aduersarius ad impugnandum & iustificandum ad primam diem. Illis terminis seruatis, nihil plus est agendum, nisi ferre sententiam habitis actis. Sic tamen, quod si agitur super nullitate resultante ex eisdem actis, non est opus seruare terminos, si autem debet constare de nullitate, non ex eisdem actis, sed aliunde extra acta, tunc necessaria est libelli oblatio, litis contestatio, & terminorum obseruantia, sicuti in mere prophanis causis, etiam si principalis causa esset beneficalis, vel sui natura summaria.

X. In causis beneficalibus, matrimonialibus, decimarum vsurarum & summarijs, fundata iurisdictione seruetur terminus ad libellandum & iurandum

B ij dum

## S T A T U T A

dum de calumnia ad primam diem, & in illo termino detur libellus verbo siue scripto, & iuretur de calumnia, & citetur aduersarius ad articulandum ad secundam. In quo termino dentur pro quacunque parte, quæ voluerit, articuli, facti vel verbo, si articuli non sunt facti, & citetur aduersarius ad dicendum contra articulos ad secundam diem. Et tunc accusetur contumacia nil dicentis contra articulos, quo termino seruato, possunt peti articuli ad probandum admitti & fieri probationes, si placuerit. Et si hoc fiat, siue non, nihilominus seruetur terminus ad producendum omnia ad secundam, & deinde ad dicendum contra producta ad secundam diem, & tunc possunt dari articuli facti, si prius non fuerint dati, & fieri probationes per vtraque partes, quæ voluerint. Si autem aliqua partium subterfugit, instet pars petens expeditione semper pro conclusione, vt supra,

XI. Similiter fiat in secunda instantia, nisi quod omnes termini seruentur ad primam diem, præterquam ad articulandum, qui seruetur ad secundam diem, similiter fiat in tertia instantia, nisi quod omnes termini seruentur ad primam diem.

XII. In minimis tamen causis infra duodecim florenos Renenses vel circa, vel super paruis iniurijs verbalibus nullus processus fiat. Sed dumtaxat iuxta statuta deducatur in vna parua cedula factum dispositiue & clare per articulos. Et citata parte ad dicendum contra, ad primam diem. Illis admisis ad probandum facta responsione, fiat probatio summaria, & in illis Notarij non debent extendere terminos, nec registrum, sed abbreviare, quantum possunt, sicuti scribendo Prothocollum.

XIII. Insuper in causis confessati siue recogniti seruetur stilus huc vsque seruatus per viam monitorij.

XIIII. In causis reddituum & submissionum incipiatur per monitorium, donec fiat resolutio.

XV. In causis antiquorum reddituum ecclesiæ, à monitorio.

XVI. Notarij scribant in actis nomina Procuratorum in singulis terminis, qui comparuerunt, & in testium productione dicant illa verba in. N. ex aduerso Procuratoris præsentia. Vide infra reforma. nouam, titu. de Notarijs. c. vi.

XVII. Notarij, nulli dabunt citationes vel monitoria, nisi principales met petierint, & apud acta constituerint, uel procurator Curie nostræ, qui legitima

## R O P R E T I

giuriam cautionem fecerit de ratificatione principalis cum constitutione ante executionem monitorij vel citationis, sub pœna decem florenorum Fisco applicandorum. Vide refor. nouam, titulo de Notarijs, c. xi.

**XVIII.** Item, dicant, quis est terminus solitus ad prosequendum appellationem, & non ponant in genere cum terminis solitis.

**XIX** In causis appellationum, uel ubi pendet terminus aliquis substantialis, ponant festa, quæ impediunt audientiam & cursum causarum, & quæcunque impedimenta occurrentia.

**XX.** Nullus Notariorum subscribat acta, nisi sigillata sigillo Curiae nostrae.

**XXI.** Statuimus & ordinamus, quòd Procuratores secundum ordinem eorum causas suas distincte & clare proponant, absque clamore & multiplicatione uerborum, & uno loquente, alij taceant & auscultent. Et interea nullus Aduocatorum, Procuratorum, Notariorum, seu Sollicitatorum proponentem impediatur uerbo uel facto, aut confabulationes inter se faciant, sub pœna unius marcae Colonienfis irremissibiliter per Officialem & Sigilliferum pro tempore exigendae, ac etiã suspensionis ab officio, si unus sapius deliquerit.

**XXII.** Statuimus & ordinamus, quòd uno Procuratore proponente, alij Procuratores fixè stent in locis suis deputatis, nec à locis recedant, sine domini Officialis licentia petita & obtenta sub similibus pœnis pecuniarijs & suspensionis.

**XXIII.** Statuimus & ordinamus, quòd in causis Filci, inquisitionis super criminibus per subditos commissis, hoc ordine procedatur, uidelicet citatio ne uel monitione emissa ad respondendum personaliter super obijciendis, Citatus personaliter sine scriptis coram aliquo Notario Curiae nostrae iurato per Officialem siue Sigilliferum deputando, aut deputato in praesentia ipsius Sigilliferi, respondeat singulariter singulis articulis, in scriptis exhibitis, medio iuramento. Et si confitetur delictum, iniungatur ei pœnitentia salutaris. Si proleuibus, per dominum Sigilliferum dumtaxat, in grauibus autem de consilio dicti Officialis, & si negauerit, dentur articuli excessuum iuridicè, & citetur reus, uel Procurator per eum constituendus ad dicendum contra, ad secundam deinde fiat desuper litis contestatio more solito, & praestetur iuramentum calumniae, & seruentur termini, sicuti in caeteris causis prophanis.

B iij Statuimus

## STATUTA

XXIII. Statuimus & ordinamus, quòd Aduocati & Procuratores, & Notarij præmissa in quantum eos concernunt non adimplentes, seu clientulos suos inutilibus expensis ex eorum negligentia grauantes, præter damna expensarum & interesse, ad quæ parti grauatae obligantur, ad arbitrium domini Officialis pro tempore existentes arbitrarie puniantur.

XXV. Statuimus & ordinamus, quòd si libellus vel articuli ex eorum ineptitudine reiici contigerit Aduocatus, qui illos fecerit ad expensas vtriusque parti teneatur, & alias arbitrarie puniatur, similiter obseruetur si inutiles terminos obseruauerit & processum inutilem fecerit, sed in principio causæ deliberent Aduocatus & Procurator inter se de modo procedendi, & ad quem finem velint agere, ne partes inutilibus expensis vexent, & lites reddant immortales.

IN ROBVR ET TESTIMONIVM PRAEMIS-  
forum, Sigillum siue Secretum nostrum præsentibus nostris statutis  
& ordinationibus, de mandato nostro est appensum,  
Anno domini, millesimo quadringentesi-  
mo septuagesimo, die quidem  
Iouis, penultima mensis  
Augusti.

HERMANNI

# SEQVITVR ORDINATIO ET RE-

FORMATIO NOVA REVERENDISSI-  
mi in Christo patris, & Dñi, Domini HERMAN-

NI Archiepiscopi Coloniensis, Principis

Electoris, &c. per singulos ordi-

nes officiorũ Consi-

storij Curiaẽ

Coloniensis distributa.

## DE OFFICIALI

**I**N primis & ante omnia, Officialis huc spectet & intendat, vt partibus expeditam & celerem iustitiam faciat.

**II.** Officialis in omnibus audientijs vsque in finem per seipsum præsideat, & patienter audiat & respondeat, nisi urgente necessitate auocetur.

**III.** Ciuitatem Coloniensem pro examinandis testibus, vel aliam similem ob causam non exeat, nisi ex permisso nostro, ne inde partes maximo dispendio & grauissimis expensis afficiantur.

**III.** Aduocatos diligenter & benigne audiat & respondeat. Instructio- nes iuris custodiat, dubia non necessaria omittat, decreta certa non conditiona- lia, sed indubitata proferat, nec extranea & impertinentia faciat.

**V.** Responsiones partium & examina testium à quibus fere semper tota causa dependet, ipse audiat, aut impeditus non passim omnibus, sed probis tantum & circumspectis committat.

**VI.** Causas in prima instantia deleget, vt ad minimum duæ instantiæ in Consistorio nostro peragantur.

**VII.** A Procuratoribus referentibus ad iura nihil recipiet, nisi ab eo, qui per interloquutoriam suam iniuste ad iura retulisse conuincitur.

In exo



## STATUTA

VIII. In excommunicando & absoluendo parem seruet gravitatem. Volumus enim excommunicationem, non nisi magna cum maturitate solis in obediētiis infligi. Inflatam vero non facile & ex abrupto tolli, ne autoritas eius vilescat, & pars altera dispendio afficiatur, quemadmodum etiam habet statutū prædecessoris nostri, domini Theoderici.

IX. Id quod & in Interdicto ponendo seruari præcipimus, & tanto magis, quanto est censura durior, & latius se porrigit, quemadmodum etiam in statutis domini Theoderici prospectum est.

X. Et quo id maturius fiat, Officialis noster Notarijs communibus & Bancalibus nostris magno serio præcipiet, iniunget & mandabit, ne aliquod mandatum excommunicationis seu declarationis contra quempiam scribant, Nisi prioribus mandatis in personam contumacis, aut quod talia mandata in notitiam indubitam eius peruenerint, aliasq; ritè & legitime executi quouis modo scribant, dent siue tradant. Quod si eos secus fecisse, aut excommunicationis seu declarationis literas nulliter extractas ob indebitam executionem, aut alias ipsorum vitio comperiat, statim Officialis noster eos compellat suis expensis nulliter excommunicato absolutionem impetrare, cum omnium expensarum, & damnorum passorum refectione, absque procrastinatione, & citra aliquod appellacionis remedium facienda. Et præterea ipso facto, quoties in hoc statutum nostrum commiserint, incident in multam vnius floreni aurei per nostrum Fiscalem exigendam.

XI. Et ne subditi nostri inopinato excommunicationi innodentur, & præcipietur censura quam conuenit (eo quod medicinalis est) summa cum maturitate infligi. Volumus per Notarios & Bancales mandata immediate excommunicationem præcedentia, quæ hæcenus ad quintam, posthac ad octauam diem. Vbi vero per quatuor citationes proceditur, quartam & vltimam quæ hæcenus ad primam, deinceps ad tertiam diem conscribi. Per quod subditis nostris & bonis præcipitationis duritiem & molestiam, & malis friuolæ excusationis materiam amputamus.

XII. Officialis impeditus, quo minus præfideat, Sigillifero nostro vices suas committat. Quod si hic forte etiam impeditus sit, alium ex Aduocatis, statutus, honestatis, & habitus clericalis.

XIII. Officialis noster non citra diligentem causæ examinationem & cognitionem, nullas inhibitionis literas contra iudices seculares, ad liberandum reos

## H E R M A N N I

reos in vincula coniectos & in criminibus notorijs comprehensos. Nec pro  
tutione rerum eorum qui conscientia malæ causæ ex dioccesi nostra se red-  
dunt fugitios, decernet.

## DE SIGILLIFERO

I. Ipse & Officialis circa iurisdictionem nostram diligentes sint, vnus al-  
teri assistat, ac simul iurisdictionem nostram contra violatores tueantur & de-  
fendant, seu ad nos referant, quemadmodum habent statuta à prædecessorib-  
us ædita.

II. Per se, aut Subsigilliferum suum Acta circa obseruationem termino-  
rum, & alia diligenter reuideat, an videlicet nullitates aliquæ admixtæ sint. Et an  
debitè scripta sint per Notarios, & rubricata, & contineant tot versus seu rigas,  
dictiones & syllabas, quot requirunt statuta. Et Notarios in conscriptione actio-  
rum delinquentes, pro suo arbitratu & modo delicti corriget.

III. Et generaliter cum consilio Officialis excessus, negligentias, aliq;.  
correctione digna Procuratorum, Notariorum, Bancalium, Latorum litera-  
rum, & Audientiarj emendet.

IIII. Et præsertim intendat animum vt Bancales sua officia sedulo &  
probe exercent, partes inutilibus expensis non grauent, sed statutis obtempe-  
rent. In delinquentes vero & excedentes animaduertat, vt sint alijs in exemplū,  
priuatione scilicet officiorum, aut saltem temporaria suspensione.

V Vt notoria presbyterorum crimina siue excessus, que in scandalum ven-  
gunt laicorum, non sinat redimi pecunia, sed perpetua aut temporali suspensio-  
ne, aut alia pœna canonica pro modo culpæ corrigat.

## DE ADVOCATO F I S C I.

Aduocatus Fisci statutum domini Theoderici seruet, Copiam sui Procura-  
toribus Fisci faciat, vt causæ Fiscales debitæ instituantur & peragantur, diligen-  
ter animaduertat. In consiciendis materijs exhibendis non tardus, sed celer  
existat.

C De Fisc

S T A T V T A

DE FISCALIBVS

Fiscales statuta domini Theoderici, aliorumq; nostrorū prædecessorum obseruent. Processum in contradictorio iudicio, non nisi de consilio Aduocati Fisci incipiant, quo etiam frequenter vtantur, ne ex incuria processus nullitatis argui contingat:

DE CAETERIS AD  
VOCATIS.

.I. Clientes non instruant ad tegendam vel occultandam veritatem.

.II. Quod si aliqua per incuriam vel ignorantiam, vel alias non admittenda temere subscripserint aut eorum uitio pars propter commissam nullitatem in institutione actionis succumbat, teneantur parti læsæ ad refusionem expensarū, & refecionem damni, & seruent statutum Roperi ultimum.

.III. Causas commissas post præsentationem Actorum infra duos menses, sub pcena restitutionis sportularum expediant, nisi grauitas causæ Officiali significanda aliud desideret.

.IIII. Aduocati & Procuratores pauperibus paupertatem iuramento affirmantibus, gratis inseruiant: quod si plures pauperum causæ occurrant, eas Officialis inter Aduocatos & Procuratores distribuat, ne vnus plus alijs grauetur. Volumus etiam, quod quibuslibet litigantibus, iustas tamen causas habentibus contra quoslibet, cuiuscunque etiam status & dignitatis sint, requisiti fideliter inseruire teneantur.

DE PROCVRATORIBVS.

.I. Quod se non intromittant de his quæ pertinent ad Aduocatos, conficiendo libellos, articulos, & alias materias iudicialiter exhibendas.

Nullam

## HERMANNI

II. Nullam materiam exhibeant, quàm quæ manu iurati Aduocati subscripta sit, nisi Aduocatus causam legitimam, quare se subscribere nolit, alioleget, & iuramento suo approbet, quo casu materias exhibendas subscriptione sua signet Officiali mittendas.

III. Quòd si aliquam nullitatem aut negligentiam per incuriam aut impetritiam comiserint de expensis & danis ea occasione passis absque appellatione & ulla contradictione ad dictamen Officialis & Sigilliferi parti læsæ satisfaciant, id si facere recusent, protinus suspendantur.

III. Et sibi videant, ne aliquam causam occupent, aut in iudicium compareant, nisi mandatum sufficiens ab omnibus, quorum nomine comparent, habeant sub pœna suspensionis ab officio. Præterea si ex defectu mandati processum in dubium reuocari contingat, ipsi, non partes dispendium ferant.

V. Alium loco sui absque permisso domini Officialis substituere non debent, nam per substitutiones istas sæpius repetitas, partes non modo grauantur, imò sæpius negliguntur, & processus nullitatis insimulantur.

VI. Ne partes nimium, vt hæcenus, grauentur, Procuratores in causis ubi conscribuntur Acta pro eorum salario pro obseruatione terminorum, exhibitione instrumentorum, constitutionum, libellorum, aliarumque materialium, & iurium habebunt tantum, quantum secundum numerum foliorum Notarius, sed pro folijs, quibus libelli materiae, iura, instrumenta, constitutiones, aliaque exhibita, vel attestations testium inscripta, & per eos diligenter reuisa sunt, recipiant vnum album, Vbi vero acta extense non conscribuntur, sed dumtaxat per modum Prothocolli, pro quolibet terminorum recipiant vnum album.

VII. Diligenter seruari volumus statuta ROPERTI, quintum & quartum à fine, necnon penultimum & vltimum sub pœnis in eisdem expressis, in quibus remittendis prohibitam nostris Officiali & Sigillifero omnem conuiuentiam uolumus.

VIII. Procacem & maledicum Aduocatum & Procuratorem Officialis non ferat. Quod si vel ille scribendo, uel hic exhibendo, & proponendo ultra quilitium exposcit utilitas, in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritate propperint, præter infamiae notam à Consistorio amoueantur.

IX. Nullum contractum cum clientibus lite pendente ineant, sed suis salarijs contenti sint.

X. Iurabunt, quod pecunias quas à partibus recipient iuxta uoluntatem partium distribuent & partibus inde calculum uerum & legalem reddent.

C ij Iuramentum

## STATUTA

XI. Iuramentum calumniæ, non ita vt hæcenus maxima cum leuitate, sed solenniter omnibus capitulis illius recensitis, & reuerenter tactis sacris præstabunt. Nolumus tamen vt propterea fiat latior in Actis extensio, quàm hæcenus.

## DE NOTARIIS

I. Notarij in omnibus Audientijs personaliter præsentés erunt, Quòd si ex inuitabili & vrgenti causa impediti sint, ex permisso Officialis alium Notarium iuratum consistorij nostri, non extraneum substituent, iuxta statutum. XLIII. & finale domini Theoderici, quod seruabunt nedum Notarij, sed & alij officijati, sub pœna inibi expressa.

II. Nullos actus, eis absentibus, factos, vel alia ab eis non audita personaliter subscribant. Et si vnus Notariorum iuratorum pro alio scripserit, aut prothocollauerit, ille idem subscribat.

III. Notarij de quolibet folio registri in vtroque latere scripto, quorum unumquodque latus continebit trigintaduas lineas, & unaquæque linea ad minimum, quindecim syllabas habebit, quatuor solidos monetæ Coloniensis curren, nec exigent quicquàm ultra, saluo beneficio pauperis, cui seruiant gratis, quemadmodum in Aduocato & Procuratore supra scriptum est.

III. Interpellati & subarrati pro completionè Actorum non differant Acta conscribere, sed intra triduum decem folia perficere, & ita consequenter secundum numerum foliorum ascendendo, mandata quàmprimum absoluere teneantur. Quòd si negligentes fuerint, Officialis & Sigillifer causam ex eius manibus eripient, ac alij Acta scribenda committent.

V. Et quoniam plurimum nostra interest, ut in causis iurisdictionis legationis apostolicæ cita partibus fiat expeditio Notario eiusdem, iniungimus ut celeriter conscribenda conscribat, & præsertim primum mandatum toto die, Et similiter alias literas & mandata ocyus absoluat, sub pœna suspensionis & decem florenorum aureorum.

VI. Acta uero seu registra debite conscribant per se aut alios idoneos & intelligentes, non autem per illiteratos & pueros, sicut quandoque factum est, sub pœna lacerationis Actorum, damno ipsorum, iuxta statuta domini Theoderici.

A super

## HERMANNI

VII. A superflua & nimia extēfione ac multiplicatione verborū, quæ ad nihilum valent, nisi vt registra reddātur ingentia, abftineant, & in principio tantum cuiuslibet mensis ponant expresse annum domini, deinceps per totū mensem illum omitendo, Volumusq; vt breuiter comparitionem hinc inde Procuratorum nominibus & cognominibus dumtaxat expressis, absq; inani & vana titulorum ipsorum, & partium suarum repetitione, aliarumq; designationū non necessariarum extendant.

VIII. Priuilegia, instrumenta, commissiones apostolicas, rescripta, libellos, appellationes, quærelas, aliasq; materias, & quæcunque iura semel dumtaxat Actis inserant, deinde vbi reexhibentur, reexhibitionis Actum tantum scribant, subnotando principium & finem, cum remissione ad locum registri vbi præscripta reperiuntur.

IX. In extensione attestationum solum necessaria, & non inutilia, extranea, vel impertinentia ponere debent, vtpote si testis dicit se nescire, breuiter annotet. Et si plura sint interrogatoria aut articuli coniuncti, super quibus testis idem deponit, aut se nescire dicit, non repetentur singuli articuli seu interrogatoria separatim, sed scribant testem super illo, ac alijs articulis subsequen- tibus hoc vel illud deposuisse, vel sese expedire non potuisse, iuxta modum & qualitatem depositionis.

X. In causis minimis non scribentur Acta extensa, sed tantum per modum Prothocolli, iuxta statutū dñi Roperti, incipiens: In minimis tamen, &c.

XI. Debent & tenebuntur pro eodem salario rubricare, Acta & registra diligenter reuidere, ut concordent cū Actis & Prothocollo.

XII. Statuta dominorum Theoderici & Roperti exactè seruabunt, & seruanda iurent, & præsertim statutum domini Roperti decimumseptimum, incipiens: Item, Notarij nulli, &c. quod est de non scribendo seu concedendo ali- quod mandatum citationis aut monitionis, nisi partibus principalibus petenti- bus, seu constituto saltem de mandato procurationis impetrantis, aut præuia cau- sione quod principalis ratificabit, ita quod ipse in primo termino in contradicto- rio iudicio seruando de mandato fidem faciet sub pcena inserta Fisco nostro committenda.

XIII. Notarij in prima citatione vel monitorio emittēdo, designabūt spe- cificerem vel causam super uel ex qua Actor intendit agere.

XIII. Notarij nullum mandatum respondendi subscribant, nisi præuia reali ac iudiciali exhibitione libelli siue petitionis, & iuxta tenorem huiusmodi libelli aut petitionis mandatum ipsum extendant, videlicet ut monitus libello articulato aut petitioni summarie respondeat, neque etiam mandata aliqua per

## STATUTA

Procuratores uel Notarios, Bancales aut causarum sollicitatores conscripta sub-  
scribant, sub pœna decem florenorum aureorum, totiens quotiens præmissis  
contrauentum fuerit.

XV. Pignora & deposita in numerata pecunia & clenodijs reponibili-  
bus consistentia, infra octo dies debebunt ad cistam in armario ecclesiæ Colo-  
nienfis existentem, per Notarios reponi, sub pœna decem florenorum aureo-  
rum, toties quoties id factum non fuerit. Et amodo non habebunt aliquod sala-  
rium, ratione pignorum aut depositorum.

XVI. Tenebuntur Notarij & Bancales tam expensas mandatorum &  
Actorum, quàm principalem sortem, super qua actum est receptas inconti-  
nenti partibus petentibus integre tradere, nisi legitima causa subsistente im-  
pediantur, quam eisdem exponant, sub pœna decem florenorum aureorum  
toties quoties.

XVII. Non habebunt Copiistas (quos uocant) causarum, quarum ipsi  
Notarij sunt sollicitatores, quibus etiam nisi iuratis attestaciones, & testium di-  
cta conscribenda non committent.

XVIII. Diligenter examinabunt mandatorum executiones, an uideli-  
cet debite executæ sint nec ne. Et si comparuerint, iam tres menses à die executi-  
onis lapsos, ulteriora non scribant, sed ultimum mandatum renouabunt per trās-  
fixum, idq; etiam seruabunt Bancales.

XIX. Eodem modo nolumus excommunicationum, cæterarumq; de-  
clarationum mandata, post trimestre à die decreti elapsum exequi. Quod si con-  
trarium factum fuerit, impetrans qui tantam moram exequendi commisit. Ipsi  
tamen sorte principali, & expensis persolutis, excommunicato suis sumptibus  
absolutionem obtinebit. Non tenebitur tamen ea de causa excōmunicato actio-  
ne iniuriarum, nisi alia causa subsit.

## DE AVDIENTIARIO

I. Audiens noster accuratè annotabit & registrabit omnes citatio-  
nes, tam uigore mādatorum per Bācales nostros scriptorum, q̄ per apparitorem  
seu cursorem nostrum factas, quò sciatur quis contumax reputandus sit. Et quan-  
do, & quis à citatione (ut uocāt) licentiandus sit.

II. Et quoniā sæpenumero cōtingit partem citatā in termino cōparere &  
partem aduersam contentā reddere non posse, aut cedere uelit ne an cōtendere  
& iuri

## H E R M A N N I

& iuri stare, apud sese nondum deliberasse. In ea ergo re ita ei consulitur, vt in termino citationis ab Audientiaro nostro petat, seu per quemlibet peti faciat dilationem. Dabit autem Audientarius petenti parti, si intra Coloniā moratur, dilationem ad primam aut secundam, Si vero extra Coloniā degat, in quadragesima, & in aduentu domini ad octo, Si vero extra ea tempora fuerit, ad quindecim dies, Lapsō vero termino præfixo, habebit vtraque pars respicere & curare vt sua comparitio iterum annotetur. Actor quidem, siue impetrans, accusando contumaciam citati non comparentis, Reus vero siue opponens, petendo à citatione & mandatis absolui seu licentiarī.

III. Reputabit autem Audientarius citatum in termino non comparentem contumacem & admittet processum contumacialem. Quod si in primo termino comparuisset, dilationemq; petisset, verum se in præfixo non repræsentet, signabit processum (vt vocant) per recessum, & procedetur in contumaciam donec reus eandem purgare cusaerit. Si vero impetrans in termino primo aut prorogato nō comparuerit Audientarius citato licentiatōrium impartietur. Citato autē in primo & in prorogato termino comparēte Audientarius actorē remittet ad tribunal Officialis nostri, ad proponendum suam actionem. Et nequaquam processum contumacialem admittet. In matrimonialibus causis, iniuriarum, deflorationis, in citationibus cum literis inhibitionis arresti, & cum literis vniuersis atque in causis ad proponendum actionem, iuxta, L. diffamari. C. de ingenuis, non procedetur in contumaciā. Nihilominus tenetur impetrās facere registrari per Audientarium. Alias citatus, potest impetrare licentiatōrium ab Audientario.

III. Quod si Audientarius per incuriam admittat processum contumacialem, qui ob citati comparitionem admittendus non erat, aut licentiatōrium in sua audientia cautum signare neglexerit, tenebitur parti ex hoc læsæ ad restitutionem expensarum & damnorum.

## DE BANCALIBVS

I. Sint honestæ vitæ, non ebriosi, tabernarij, aleatores, neque fornicarij, non histriones, mimi, aut immorigeri, superioribus suis debitam reuerentiam exhibentes, partes & omnes se accedentes, humaniter absque iurgijs audientes & expedientes, sub pœna suspensionis, aut etiam priuationis officiorum suorum ad arbitrium Sigilliferi nostri.

Et qm̄



## STATUTA

II. Et quoniam iniquum est vt quis falcem mittat in messem alienam, nostraq; multum interest ut ordines officiorum Aulae nostrae non confundantur, nec quispiam officio & rei ad se non pertinenti ingerat, nemo citra Notarios nostros Bancales iuratos, & per Sigilliferum nostrum receptos, & (ut vocant) installatos de officio Bancalium, earundemq; emolumentis quouis modo intromittat, Contrauenienti decem florenorum aureorum poena infligenda, & nostro Fisco applicanda.

III. Nemo Bancalium processum per alium Bancalem inchoatum occupabit, prosequetur, seu continuabit, aut absolutionem super alterius Notarij seu Bancalis, habito processu, scribat. Nec vnus Bancalium sollicitationem causarum alicuius partis, quam haecenus alter exercuit, acceptabit, nisi huic priori Bancali antea per partem principalem de salario & expensis satisfactum sit, Nisi aliud Sigillifero nostro faciendum placuerit, sub poena suspensionis, donec statuto satisfiat.

III. Ne expensae de expensis fiant. Non audietur contumax, nisi contumaciam integre purgauerit, videlicet citationem cum literis constitutionum Procuratorum, & omnium expensarum refusionem, alias processus ad Bancalem, deinceps continuandus remittatur.

V. Bancales mandata sua scribant debite, legibiliter, & congrue. Nec amodo scribant mandata super obijciendis in genere, sed cum expressione rei vel causae inserta, sub poena lacerationis mandatorum.

VI. Principale debitum a reis exactum, aut expensas mandatorum per partes expositas non recipiant ad se sine consensu partis suae. Et si quid de consensu partium in depositum receperint, illud partibus infra octo dies notificabunt, & partibus ipsis tradent integre ad quamcunque requisitionem, sub poena suspensionis, & decem florenorum aureorum toties, &c.

VII. Nullas expensas a partibus recipient, nisi deliberatis mandatis ipsis pro quibus illas recipient, sub poena suspensionis, &c.

VIII. Quamdiu principale debitum non est solutum, aut partes concordatae non sint, Bancales non procedant super expensis literarum, seu mandatorum, ne expensas de expensis faciant, sub condemnatione expensarum, & suspensione per Sigilliferum nostrum infligenda.

IX. Recognita non recipiant alibi, quam in Aula, Officiali nostro pro tribunali sedente. Quod si alibi recognitiones receperint, necesse habebunt adhibere duos idoneos legales & notos testes, vt si talem recognitionem in dubium reuocari contingat, veritas erui possit.

Nolumus

## H E R M A N N I

X. Nolumus deinceps mandata aggrauatoria, & contra iudices quæ sequuntur excommunicationem per Bancales nostros, nisi seruatis certorum dierum interuallis extrahi, ita videlicet, vt intra singulorum talium mandatorum extractionem mediant dies decem & quatuor.

XI. Nolumus etiam Procuratores, Notarios, ac Bancales salarium suum à parte aduersa extorquere, sed id à suis partibus aut recipiant, aut exigant. Eodem quoque tempore, quo pars condemnata soluit sortem, soluet expensas. Et quando componitur super sorte, debet etiam super expensis (quas tum taxari mandamus) componi, vt principalis causa & expensarum simul transigantur.

XII. Huic rei præponetur quispiam fidelis & legalis, qui vt ita fiat curabit & respectum habebit pauperum, scq; medium inter partes interponet, ac dilationem soluendi vbi exigit paupertas obtinere conabitur.

## DE CURSORE SIVE APPARITORE.

In primis iurabit nobis ac nostris, Officiali & Sigillifero pro tempore existentibus, & ipsorum successoribus fidelitatem & obedientiam.

II. Cursor habebit claues Consistorij & Aulae nostrae, & semper hora audientiae causarum erit in Aula Consistorij nostri primus & vltimus, ianuas eiusdem Consistorij claudere & recludere debet.

III. Omnes passim citationes, videlicet primam ad causam, cum literis, præterea contra testes, citationes quare, pro contuam, & similes in nostra citatione Colonien. & locis extra eandem ad vnum dumtaxat miliare distantibus, idem per se aut suum substitutum habilem & idoneum, rite, & legitime, faciet.

III. De qualibet citatione prima ad causam in dicta ciuitate nostra faciendam, recipiet quatuor hallenses. Item de citatione, cum literis contra testes, & citatione quare, pro contuam, vnum solidum Colonien. monetæ, nisi eadem contra communitatem aliquam, conuentum, capitulum, fraternitatem, siue prælatum, vt pote commendatorem Balium, præceptorem, &c. aut executores, curatores, siue pupillorum & miserabilium personarum tutores, aut prouisores, aut

D hmoi

## S T A T V T A

huiusmodi status siue conditionis homines fecerit, de quarum qualibet in ciuitate nostra habebit duos solidos monetæ Colonienfis, extra vero eandem fienda, ad vnus miliaris ab ipsa ciuitate distantiam, similitur duos solidos recipiet.

V. Volumus quod quilibet Nouitius in dicta Curia nostra ad aliquod officiorum assumptus, postquam fidelitatis iuramentum more consueto præstitit, pro introitu Apparitori Curie nrae duos florenos aureos intra quindenam ingressus soluet, aut sese super eo iure cum Apparitore componet. Vicissim autem Curfor singulis diebus vespere post octauam horam pomeridianam, candelam ardentem ante imaginem gloriosæ virginis Mariæ ante Aulam nostram constitutam, collocabit & ponet.

VI. Omnia passim arresta & quaslibet inhibitiones, de scitu tamen & expresso consensu nostri Officialis passim in ciuitate nostra facere potest & debet, & de quolibet arresto octo solidos, & qualibet inhibitione duodecim solidos, sed extra eandem ciuitatem intra vnus miliaris spacium, decem & sex recipiet solidos consimiles monetæ Colonienfis. Vicissim vero congeriem prunarum in loco Sigilliferi nostri ad necessitatem eiusdem & causa liquefaciendæ caræ per tempus Brumale disponet.

VII. Præterea causis & examini partium, quæ sese super matrimonio contracto coram Officiali seu eius delegato impetunt aut impetere volunt intererit & pro iure suo tantum solidum cum dimidio recipiet.

VIII. In habitu decenti pro dicti nostri Consistorij honore incedere debeat.

## DE LATORIBVS

I. Sint quatuor numero literarum latores iurati, qui iurent se secundum formam antiquam, aut aliam eis præfigendam.

II. Fideliter & absque mora deferant & præsentent literas exequendas, & executas reportent.

III. Exhibeant sese morigeros, non autem insolentes, nec quicquam recipiant

## HERMANNI

cipiant, quo minus mandata exequenda præsentent. Quod si favore aut pecunia corrupti, mandata penes se retinuerint, aut non executi reportauerint, absque causa legitima, officio priuabuntur, & punientur poena decem florenorum aureorum, toties, &c.

III. Deferent arma domini Reuerendissimi, nedum in diocesi, verum etiam in ciuitate nostra Colonienfi ac seruent Reifas suas (vt vocant) vicissim.

V. Deputabitur etiam aliquis nobis iuratus, legalis & fidelis, in magistrum nunciorum seu latorum, qui & nullus alter, omnia mandata emittenda & exequenda, à nostris Fiscalibus & Bancalibus recipiet, & latoribus deferenda tradet, Exhibuntq; latores cum mandatis, die eisdem per dictum magistrum nunciorum de consensu Subsigilliferi præfigendo, & reuertentur in termino similiter eisdem iuxta distantiam locorum & Reife assignando, sub poena vnius floreni aurei.

VI. Magister autem nunciorum, per latores mittendos, Fiscales & Bancales faciet certiores diei, cum ipsi latores cum mandatis egredientur.

VII. Idem dabit latoribus literarum vna cum mandatis chartam quandam papyream, in capite, cuius hæc uel eis similia verba, ad mandatorum executores (qui erunt ex hac ordinatione nostra noua, pastores ipsi, aut eorum vicarij, & nulli alij) scribet. Honorabiles domini diuinorum rectores, & mandatorum executores, Exhortor vos, ut in hanc chartam, diem aduentus præsentium literarum latoris ad vos, & quot numero mandata exequenda vobis præsentauerit, & quot ex eisdem executi sitis, necne, rescribatis. Executor autem rescribet hac forma, Tali die. N. tot. N. mandata, mihi. N. dominorum rectori, N. exequenda præsentauit. Quorum tot. N. sum executus. Causam vero non executorum mandatorum, in marginibus mandatorum scripto significabit.

## GENERALE

In Consistorio nostro suspendetur tabula scripta, continens salarium Procuratorum, Notariorum, Audientiarij, Bancalium, literarum latorum, pro vnoquoq; mandato. Et quilibet eorum iurabit contenta illius seruare velle, nec vltra illam taxationem exigere vel recipere, sub poena priuationis officiorum suorum præsumant.

D ij De pro

# STATUTA

## DE PROCESSV

I. Seruetur in omnibus & per omnia tabula in Consistorio pendens, & statuta domini Roperti.

II. Cum haecenus variatum sit in processu contra iudices & circa inuocationem brachij secularis, unde plures subortæ sunt dissentionum materiae, Quas amputare volentes post statuta domini THEODERICI ca. de re ædita sancimus, Quod ubi aliqua mandata contra iudices emittuntur, eadem lator noster iuratus, pastori parochiæ, in qua excommunicatus moratur, tradet, & statim pastor eadem perferet ad præfectum seu iudicem temporalem ibidem, eidemq; mentem & sententiam eorundem exponet, vt sciat an reus ob meram contumaciam, an vero ob non solutionem rei iudicatæ excommunicatus sit, Et si ob meram contumaciam, præfectus seu iudex temporalis non expectata citatione, quare, designabit pastori diem certam, qui erit infra octo dies post terminum executionis, qua apprehensus & repositurus erit contumacem in vincula, & bona eius positurus in arresto, donec excommunicatus idonee caueat, quod contumaciam in forma iuris purgabit, hoc responso accepto, scribet pastor veram & debitam executionem in modum infra scriptum, Executum est præsens mandatum per me N. Rectorem parochialis ecclesiæ N. anno ut in mandato, die N. contra N. iudices per traditionem copiarum ad manus eorum, qui intellecto tenore mandati, responderunt se die N. incarceraturos reum & bona eius arrestaturos, quod protestor, &c. præsentibus, &c.

III. Quod si ob non partitionem rei iudicatæ, aut non solutionem recogniti seu confessati, quis excommunicatus fuerit, Præfectus seu iudex temporalis post receptum & intellectum mandatum contra iudices, designabit pastori diem quo pignora erit daturus, Et scribet pastor executionem sub hac forma, Executum est hoc mandatum die N. per me N. Rectorem parochialis ecclesiæ N. contra N. iudices, qui intellecto tenore mandati, responderunt se die N. Actori ad eius requisitionem in loco iudicij, sub quo reus habet domicilium se tradituros pignora, quod protestor.

III. Comparebit pars aduersa vtroque casu diebus designatis, per se aut Procuratorem aut Curatorem iuratum, cum taxatione expensarum totius habitus processus, sigillo Curie nostræ signata, quam iudicibus præsentabit, Et prior

D. #

## HERMANNI

Et priori casu ubi reus ob contumaciam excommunicatus est, dabit incarcerationem solita alimenta, Præfetto vero & Nuncio iudicij sua iura infra scripta hactenus dari consueta, & incarcerationem reus, & arrestabuntur bona eius, tam pro sorte & pro prædictis taxatis, quàm expensis viatici (quas singulis diebus ad unam marcam Coloniensem computari volumus,) necnon pro expensis ibidem in iudicio fieri necessarijs. Posteriori vero casu, ubi ob rem liquidam excommunicatus est reus, dabunt iudices, tam pro sorte, quàm expensis præscriptis, quemadmodum dictum iam est, computandum parti impetranti idonea & sufficientia pignora, in modum infra scriptum, videlicet, ut primum dent res mobiles, quæ sine expensis & sumptibus non intertenentur, ut puta uina, equos, boues, aliaq; pecora & res similes, Quod si ille præstò non sint, dent ex suppellectilibus & utensilibus, Quod si desit suppellex, dent immobilia bona, quod si neque immobilia bona habeat excommunicatus, conijciatur in vincula donec bonis suis cedat in forma iuris, saluis dñi Theoderici statutis,

V. Datis pignoribus, procedet hoc modo, Nam si res mobiles sumptuosæ datae sunt pignori, reseruantur usque in diem tertium, interim licebit excommunicato luere pignus, & soluere sortem & expensas creditori seu impetranti. Quod si id intra triduum non fecerit, taxabuntur pignora à iuratis, & vendentur, fietq; creditori ex pretio redactò solutio sortis & expensarum, nisi valor pignorum sorti & expensis æquetur, quo casu dentur pignora in solutum, quod si meliora sint pignora, creditor illis receptis, pretium in quo sortem & expensas excedunt, excommunicato restituet.

VI. Quod si in pignus data sit suppellex, utensilia, & aliæ res mobiles, quæ non expostulant sumptus, ut sunt, cistæ, lecti, lectiisternia, uestes, currus, aratra, carruæ, &c. reseruantur res tales diebus decem & quatuor, interim potestas erit excommunicato easdem luendi, Quod nisi factum fuerit, taxentur, & proclamatae, exponantur uendendæ, ut ex pretio creditori satisfiat, aut si emptorem non inuenerint, dentur in solutum, quemadmodum de prioribus mobilibus bonis dictum est.

VII. Verum si nullæ res mobiles præstò sint, dabuntur bona immobilia, videlicet domus, uinæ, horti, agri, & syluæ &c. hoc pacto ut primum per iuratos æstimentur, deinde uero tribus diebus dominicis continuis proclamatio fiat in ecclesia, ad resciscendum an quispiam ex consanguineis & attinentibus excommunicato, seu alius sit qui eadem maioris emere uelit. Quod si nemo uenerit, tradentur creditori seu impetranti qui eis anno & die, hoc est, anno toto & sex septimanis utetur & fruetur, interea integrum erit excommunicato seu suis proximis & consanguineis, eadem bona redimere, soluta

D iij sorte

## STATUTA

forte & expensis, nemine uero huiusmodi res luente intra annum & diem, facti et creditor sese ad easdem res per iudicem secundum consuetudinem iudicij & loci immitti, seu (ut uocant) adiurari, aut easdem pro debito sibi adiudicari.

VIII. At postremo, si excommunicatus repositus sit in uincula, quod neque mobilia neque immobilia bona habeat, detinebitur in carceribus quādiu creditor seu impetrans soluerit singulis diebus pro alimentis in carcerati quatuor hallenses, & nuncio seu commentariensi etiam quatuor hallenses pro iure carceris, Quod si creditor seu impetrans octo diebus id facere neglexerit, nuncius impune incarceratum dimittet, Et erit mandatis Officialis nostri pro illa uice satisfactum.

IX. Interim uero quod excommunicatus apprehensus & receptus est in carcerem, continuo erit in uinculis, nec dabitur ei copia quoquam exeundi, donec mandatis realiter paruerit.

X. Ut autem fraudi quæ circa taxationem bonorum quandoque adhibetur, occurramus, uolumus res per taxatorem, iuste atque ita æstimari ut si non inueniant emptorem qui tanti eas comparare in animum inducat, Actor quoque easdem multo minoris faciat, & tanti accipere recuset ipse taxator easdem pretio æstimato recipere compellatur.

XI. Quod si iudices, siue prece, præscripta nostra statuta præuaricati fuerint contra eos iuxta formam iuris quibuscumque nõ obstantibus procedatur.

# HERMANNI

ET HIC TANDEM FINEM ACCIPIAT RE-  
formatio nostra noua, qua singulis Consistorij nostri ecclesiastici ordinibus, for-  
mam & regulam ex exercendorum officiorum, & seruandi processus præscripsi-  
mus. Ea quoque (vt putamus) omnia quæ emendationem exigebant castigau-  
mus. Quod si posthac alia irrepant, quæ necesse sit corrigere, nouis morbis no-  
ua remedia dabimus, & vt tempus, aliâq; postulabunt, prouidebimus. Et quoni-  
am parum, imò nihil refert bonas leges esse conditas, nisi eadem adamussim ser-  
uentur, volumus ergo has nostras constitutiones per Officiale nostrum in  
sancta Synodo proxima publicari, & deinceps ab omnibus nobis subiectis, ipsi-  
us quidem Officialis & Sigilliferi cura & diligentissima prouidentia) obseruari.  
Quod proculdubio probi omnes sua sponte, maxima animi promptitudine &  
consensu facient, Improbiores vero pœnis debitis adigentur. In fidem & tes-  
timonium omnium & singulorum præmissorum, Sigillum nostrum appendi  
curauimus. Datum in arce nostra Arnshergensi, Anno à nato  
Christo saluatore nostro supra millesimum quingentesi-  
mum, vicesimo octauo die Mercurij, post  
Matthæi Apostoli,

## FORMA PUBLICATIONIS REFORMATIONIS PRAESCRIP- TÆ, factæ, Anno domini, &c. XXVIII.

in sancta Synodo, altera post  
Remigij seruata,

Reuerendissimus & illustrissimus Princeps, & Dominus noster, Dominus  
HERMANNVS Archiepiscopus Colonienfis, Princeps Elector, &c.  
Commodis & vtilitati subditorum suorum diligenter inuigilans, inter alia mul-  
ta, quæ ad reipublicæ profectum & quietem spectare videbantur, summa cura  
vni rei optimæ quidem & saluberrimæ, nempe reformandæ iurisdictioni eccle-  
siasticæ (quæ ob abutentium maliciam passim male audiit) animum intendit,  
tandemq; reformationem absolutam, Sigilloq; gratiæ suæ Reuerendissime mu-  
nitam, nobis Officiali in hac sancta Synodo publicandam destinavit, ita vt ean-  
dem, quàm primum fieri possit, exculam, omnibus qui eius copiam habere de-  
siderarint, communem faciamus.



# S T A T V T A

Deinde lectum est exordium vsque ad statuta  
Domini Theoderici.

Subinde pronunciata sunt capita reforma-  
tionis, quæ sequuntur.

De Officiali.

De Sigillifero.

De Aduocato Fisci.

De Procuratore Fisci.

De cæteris Aduocatis.

De Procuratoribus.

De Notarijs.

De Audientiaro.

De Bancalibus.

De Curfore seu apparitore.

De Latoribus literarum.

De processu deinceps seruando.

BIBLIOTHEKA SCHOLASTICA  
STATUTA SCHOLASTICAE

H E R M A N N I

EXEMPLARIA IV

XTA QVORVM FORMAM DEINCEPS  
per Notarios Bancales mandata scribentur.

¶ Forma primæ citationis super obijciendis ad certam feriam.

OFFICIALIS Curia Colonienſis plebano in Bonna ac vniuerſis ſalutem in domino, vobis mandamus quatenus citetis peremptorie coram nobis Iohannem, ad feriam ſextam poſt Epiphaniæ domini hora primæ ad instantiam Henrici, eidem ſuper debito ſex florenorum & trium marcarum ac duorum cū dimidio alborum, ratione & ex cauſa exemptionis & venditionis vini contracto tempore comparitionis iudicialis obijciendo, in iuſtitia reſponſurum, Reddite literas ſigillatas. Datū anno domini milleſimo quingentefimo viceſimooctauo die decimanona menſis Decembris,

Petrus. N.

¶ Alia citatio ſuper obijciendis ad octauam diem.

OFFICIALIS Curia Colonienſis plebano in Buckel ac vniuerſis ſalutem in domino. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie coram nobis Petrum, ad octauam diem poſt executionem præſentium ſi iuridica fuerit, alioquin ad proximam diem iuridicam hora primæ ad instantiam Iohannis, eidem ſuper quadam pecuniarum ſumma, ratione & ex cauſa emptionis & venditionis panni lanei ad. N. N. florenos, quatuor marcas Colonienſes pro quolibet floreno computando calculo ſaniori ſaluo aſcendente, & alijs in termino citationis huiusmodi obijciendis, in iuſtitia legitime reſponſurum, Reddite literas ſigillatas & executas. Datū anno domini milleſimo quingentefimo viceſimonono die penultima Decembris,

Petrus. N.

¶ Monitio pro contumacia.

OFFICIALIS Curia Colonienſis plebano in Bonna ac vniuerſis ſalutem in domino, Quia Iohannes citatus peremptorie coram nobis ad diē Veneris octauam menſis Ianuarij hora primæ, ad instantiam Henrici, non comparuit, ipſum contumacē iudicauimus. Hinc eſt quod vobis mandamus quatenus moneatis & requiratis eundem, vt infra octo dies poſt veſtram monitionē proxime ſequentes, nobis de contemptū iudicij, partiq; de expenſis ſatisfaciat, alioquin ipſum in his ſcriptis excommunicamus, excommunicationē publice nunciatis & teneatis. Datum anno domini milleſimo quingentesimo

E gente

# STATUTA

gentesimo vicefimonono, die prædicta.

Petrus, N.

Wilhelmus Audiencarius.

¶ Si persona contumax reputata fuerit ecclesiastica inseratur in monitorio clausula, alioquin hoc modo.

Alioquin ipsum ab officio diuinorum & ingressu ecclesiæ suspendimus, quã suspensionẽ si per sequenstriduum animo quod absit sustinuerit indurato, in his scriptis eundẽ excõmunicamus suspensum & excõmunicatũ publice nũcietis & teneatis, &c.

¶ Si persona ecclesiastica nobilis aut alterius status vel præeminẽtiæ monitorio pro contumacia parere neglexerit, scribatur citatio quare, ante excõmunicationẽ, hoc modo.

OFFICIALIS Curia Colonienfis plebano in Bercka ac uniuersis salutẽ in dño. Vobis mandamus quatenus citetis peremptorie corã nobis validum virũ Iohannẽ armigẽ ad octauã diẽ post executionẽ præsentũ si iuridica fuerit alioquin ad proximã diẽ iuridicã hora primæ ad instantiã Pauli, ad dicendum & allegandum coram nobis causam rationabilem quare per nos pro contumacia excõmunicari seu ut talis denunciari non debeat cum intimatiõẽ debita & cõsuetã, Reddite literas figillatas. Datum anno domini millesimo quingentesimo vicefimonono die vicefimesecunda mensis Ianuarij.

Petrus, N.

¶ Excommunicatio super monitione pro contumacia.

OFFICIALIS Curia Colonienfis plebano in Bonna ac uniuersis salutẽ in dño. Cũ nos iam dudũ excõmunicauerimus Iohannẽ pro contumacia, ad instantiã Henrici, mandatis cõpetentibus præmissis, nec curat parere neq; absolui. Hinc est quod vobis mandamus, quatenus ipsum singulis diebus dñicis & festiuis campanis pulsatis, candelis accensis & extinctis excõmunicatũ publice nuncietis & teneatis, Reddite literas figillatas. Datum anno domini millesimo quingentesimo vicefimonono, die uicesimesecunda Ianuarij.

Petrus, N.

¶ Excommunicatio super citatione quare.

OFFICIALIS Curia Colonienfis plebano in Bercka ac uniuersis salutẽ in dño. Quia validus uir Iohãnes armiger citatus peremptorie corã nobis ad diẽ lunæ primã mēsis Februarij hora primæ ad instantiã Pauli ad dicẽdũ & allegẽdũ corã nobis causam rationabilẽ quare per nos pro cõtumacia excõmunicari seu

## HERMANNI

ri seu ut talis denunciari nō deberet cū intimatione debita & cōsuetā nō cōparuit, ipsum quoad hoc cōtumacē iudicauimus. Hinc est quod vobis mandamus quatenus eius cōtumacia nō obstante, ipsum singulis diebus dñicis & festiuis campanis pulsatis candelis accensis & extinctis excōmunicatū publice nūcietis & teneatis, Reddite literas sigillatas. Datū anno dñi millesimo quingentesimo uicesimo nono die prædicta.

Petrus, N.

Wilhelmus Audientarius;

### ¶ Monitio contra vicinos.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Bonna ac vniuersis salutē in dño. Cū nos iam dudū Iohannē excōmunicauerimus pro cōtumacia ad instantiā Henrici mādatis competētibus præmissis, nec curat parere neq; absolui. Hinc est quod uobis mādamus quatenus moneatis & requiratis duodecim uicinos suos proximiores ut infra octo dies post uestrā monitionē & præsentū executionē ipsi faciā à cōmunionē & participationē ipsius excōmunicati penitus cessent & desistant, neq; sibi huiusmodi excōmunicationis sentētia durāte emendo, uendēdo, hospitādo, aut aliquo alio humanitatis solatio uerbo uel facto cōmunicēt aut cōmunicare psumāt quouis modo, alioquin ipsos in his scriptis excōmunicamus excōmunicatos cū dicto principali reo publice nūcietis & teneatis, Reddite literas sigillatas. Datū anno dñi millesimo quingentesimo uicesimo nono, die uicesimatertia Februarij.

Petrus, N.

### ¶ Excommunicatio contra duodecim vicinos,

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Bonna ac uniuersis salutē in dño. Cū nos iam dudū Iohannē una cū duodecim uicinis suis proximioribus illi participatibus excōmunicauerimus pro cōtumacia ad instantiā Henrici, nec curat parere neq; absolui. Hinc est quod uobis mādamus, quatenus ipsos singulis diebus dñicis & festiuis campanis pulsatis candelis accensis & extinctis excōmunicatos publice nūcietis & teneatis, inhibētes nihilominus oibus & singulis utriusq; sexus hoibus uestris parrochianis, ne de cætero dicto excōmunicato, emendo, uendēdo, hospitādo, aut aliquo alio humanitatis solatio, uerbo, uel facto cōmunicēt aut cōmunicare psumāt quouis modo, alioquin ipsos cōtrariū faciētes, in his scriptis excōmunicamus, excōmunicatos publice nūcietis & teneatis, Reddite literas sigillatas. Datū anno dñi, &c.

Petrus, N.

### ¶ Monitio contra Iudices.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Bonna ac uniuersis salutē  
E ij in dño

## STATUTA

in dño. Cū nos iam dudū per plures menses & dies Iohannē excōmunicauerimus pro cōtumacia ad instantiā Henrici, ac in tantū cōtra ipsum processerimus, quod sancta mater ecclesia auxilium brachiū secularis merito cōtra ipsum habeat inuocare. Hinc est quod uobis mandamus quatenus moneatis & requiratis prudentes & prouidos Aduocatū, Schultetū, Schabinos & Præconē, cæterosq; iudicium tēporale ibidē regētes, ut infra octo dies post uestrā monitionē præfatū Iohannē excōmunicatū per detentionē corporis & arrestationē omniū bonorū suorū mobiliū & immobiliū ad sanctæ matris ecclesiæ unione redire, & pro sua absolutione laborare cōpellant, alioquin ipsos in his scriptis excōmunicamus, excōmunicatos publice nunciatis & teneatis, Reddite literas sigillatas, &c.

### ¶ Citatio quare contra iudices.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebano in Bonna ac uniuersis salu-  
tē in domino. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie corā nobis Aduo-  
uocatū, Schultetū, Schabinos & Præconem, cæterosq; iudicium temporale ibi-  
dem regentes, ad octauam diem post executionem præsentium &c. ut supra, ad  
dicendū & allegandū corā nobis causam rationabilē, si quā habeant quare pro  
& ex eo quod ipsi quendā Iohannē excōmunicatū à nobis pro contumacia ad  
instantiam Henrici per detentionem corporis & arrestationē omniū bonorum  
suorū mobiliū & immobiliū ad sanctæ matris ecclesiæ unione redire & pro  
sua absolutione laborare minime compulerunt, excōmunicari seu ut tales de-  
nunciari mandari nō debeant, cum intimatione debita & cōsuetā, &c.

### ¶ Excommunicatio contra iudices.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebano in Bonna ac uniuersis salu-  
tē in domino. Quia Aduocatus, Schultetus, Schabini & Præco, cæteri q; iudici-  
um temporale ibidem regētes citati peremptorie coram nobis ad diem N. hora  
primæ ad dicendū & allegandū causam rationabilē quare excōmunicari seu ut  
tales per nos denūciari mādari nō deberēt pro & ex eo quod ipsi iudices quēdā  
Iohannem excommunicatum à nobis pro cōtumacia ad instantiam Henrici per  
detentionem corporis & arrestationem omnium bonorum suorum mobiliū  
& immobiliū ad sanctæ matris ecclesiæ unione redire & pro sua absolutio-  
ne laborare minime compulerūt, quāuis desuper moniti & requisiti fuerint nō  
cōparuerūt, ipsos cōtumaces iudicauimus. Hinc est quod uobis mādamus, qua-  
tenus ipsos iudices una cū dicto principali excōmunicato & suis uicinis duode-  
cim illi participātibus singulis diebus dñicis & festiuis, campanis pulsatis cādels  
accēsis & extinctis excōmunicatos publice nūciatis & teneatis, Reddite literas  
sigillatas. Datum &c. die prædicta.

Wilhelmus Audientarius.

¶ Citatio

# HERMANNI

¶ Citatio ad uidendum poni interdictum.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebano in Bruvvilre ac uniuersis salutē in dño. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie corā nobis prouidos & circūspectos uiros, Aduocatū, Schultetū, Schabinos, Præcones, cæterosq; iudiciū tēporale ibidē regētes, necnō honorabilē dñm Petrū pastore siue diuinorum rectorē ibidē si sua putauerit interesse ad feriā sextam post Epiphaniæ dñi uel ad octauā diē &c. hora primæ ad instantiam honorabilis dñi Iohānis Procuratoris Fiscalis reuerēdissimi dñi nostri, dñi Hermāni Archiepiscopi ecclesie Coloniensis, principis electoris &c. necnō Hērici ad uidendū & audiendū interdictū ecclesiasticū ibidē per nos poni pro & ex eo q̄ ipsi iudices dudū ob nō paritionē braichij secularis cōtra ipsos executi, mādatis cōpetētibus pmissis excōmunicati tāq; inobediētes in sentētia excōmunicationis hmōi præsiterunt & quendā Iohāne principalē à nobis pro cōtumacia ad instantiā dicti Hērici per plures mēses & dies excōmunicatū per detētionē corporis & arrestationē oim bonorū suorū pro sua absolutiōe laborare & ad unionē sanctæ m̄sis ecclesie redire minime cōpulerūt uel ad dicēdū & allegādū corā nobis causam rationabilē q̄re pmissa p nos fieri nō debeat cū intimatiōe debita & cōsueta, Reddite lras sigillatas. Datū anno &c.

¶ Forma Licentiatorij.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebano in Arvvilre ac uniuersis salutē in dño. Cōparuit corā nobis Iohānes, asserēs se citatū esse, ad diē sabbati decimānonā mēsis Decēbris hora primæ ad instantiā Petri, quē nos, quia nemo ex aduerso cōparuit, ab instātia iudicij licentiandū duximus prout tenore p̄sentium licētiamus saluis expensis de iure cōpetētibus. Datū anno dñi millesimo quingentesimo uicesimo octauo, die prædictā.

Wilhelmus Audientarius.

Petrus, N.

¶ Forma monitorij generalis.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebanis p ciuitatē & diocēsim Coloniensē, vbilibet cōstitutis nobis subiectis salutē in dño. Vobis in uirtute sanctæ obedientie districte præcipiēdo mādamus quatenus ad instantiā uenerabilis uiri dñi Iohānis actoris moneatis & requiratis oēs & singulos utriusq; sexus hoies ecclesiasticos & seculares, quoꝝ noia sciueritis aut lator præsentū uobis duxerit in specie nominādos, reliquos uero in genere soluere debētes & tenētes redditus census fructus p̄sionis, prouētus, decimas, frumēta, blada, pullos, agnellos, curmedas, cero sensualia, pecuniarū summas, legata, accōmodata, credita, fallaria, deuota & exposita pro ipsis seu aliquo ipsoꝝ ac alia iura & debita quacūq; ad p̄sentū dñm Iohannē spectātia & pertinētia ut infra octo dies post uestrā monitionē eidē dño Iohāni aut eius Procuratori legitimo de hmōi p̄tactis redditibus censibus, fructibus, pensionibus, decimis, alijsq; iuribus & debitis, quibuslibet, sub

E iij quacūq;

## HERMANNI

quacūq; uerboꝝ specie nominādis ipsi dudū cessis seu debitis, detentis & nō solutis satisfaciant aut satisfieri procurent realiter & cū effectu, alioquin ipsos, personā ecclesiasticā si fuerint, ab officio diuinoꝝ & ingressu ecclesiā suspendimus, laicales uero excōmunicamus in his scriptis, quā suspensionē si ipsā ecclesiasticā personā per sequens triduū animis quod absit sustinuerint induratis, eosdē extūc propter hoc excōmunicamus scriptis in iisdē suspensos & cū dictis laicalibus personis parere negligentibus excōmunicatos publice nunciatis & teneatis, nisi medio tēpore corā nobis causas allegauerint rationabiles quare ad præmissa minime teneantur parte alterā ad hoc legitime uocata, uolentes etiā præsentibus post annū à data præsentium minime ualituras, Reddite literas sigillatas, ac diem, modū & formā executionis præsentium una cū nominibus & cognominibus monitorū præsentibus nobis liquide rescribentes. Datū anno domini millesimo quingentesimo uicesimonono die penultima mensis Decembris.

Scriptū per me Petrū Pesser Notarium.

¶ Super monitione generali procedetur prout super monitionē, pro contumacia, solummodo ubi in alijs mandatis ponitur (pro contumacia) ponetur illius loco, hoc complexum (monitionē, nostra competenti præmissa.)

### ¶ De Recognitis.

Si recognitum aliquod sit duodecim florenorum Rhenensium & ultra, super quo procedi oportet ad effectum acquirendi solutionem, debet extendi in forma sequenti, & magno sigillo Curie nostrae sigillari hoc modo.

OFFICIALIS Curie Coloniensis. Notū facimus uniuersis quod in Notariorū nostrorū infrascriptorū præsentia, audientia nostra durante, personaliter cōstitutus Iohānes, publice confessus fuit & recognouit se teneri & obligatū esse Henrico duodecim florenos Rheneses quatuor marcas pagamenti Coloniensium, pro quolibet floreno cōputando, quos quidē duodecim florenos soluere collegit & promisit in terminis infrascriptis, uidelicet in Epiphaniā dñi quatuor Lanceis Hierusalem totidē, reliquos uero quatuor Lanceas & clauorū dñi festiuitatibus proxime subsequētibus cū cōminatione tali, qđ si in aliquo terminorū huiusmodi morosus cōpertus fuerit reliquorū terminorū dilatione nō gaudebit, una cū expensis de iure cōpetentibus. Actū & datū anno domini millesimo quingentesimo uicesimonono, die decimanona mensis Decembris.

Subscriptū per me Petrū Pesser Notariū, & ego  
Gerhardus Halteren interfui.

¶ Monitio super recognito in forma extenso.

OFFICIALIS Curie Coloniensis plebano in Gluell ac uniuersis salutē  
in do

## STATUTA

in dño. Vobis mādamus quatenus moneatis & requiratis Iohānē ut infra octo dies uestrā monitionē proxime sequētes Henrico de recognito satisfaciāt realiter & cū effectu, alioquin ipsū in his scriptis excōmunicamus, excōmunicatū publice nunciētis & teneatis, Reddite literas sigillatas, Datū & c.

Petrus. N.

¶ Si recognitū, super quo procedi debet, sit infra duodecim florenos Rheneñ. non extendetur in forma, nisi de mandato Officialis Curiaē nostrae, sed scribetur per modū monitorij hoc modo.

OFFICIALIS Curiaē Coloniēsis plebano in Nussia ac uniuersis salutē in dño. Vobis mādamus quatenus moneatis & requiratis Bertardū ut infra octo dies post uestrā monitionē, proxime sequētes Cōrado de decē cū dimidio florenis sibi debitis & alias corā Notarijs nris Gerharo Halterē & infra scripto recognitis satisfaciāt realiter & cū effectu, alioquin ipsū in his scriptis excommunicamus, excommunicatum publice nunciētis & teneatis, Reddite literas sigillatas, Datum anno domini, & c.

Petrus. N.

¶ Super istis duobus monitorijs pro recognito procedet modo quo supra de cōtumacia dictū est, saluo q̄ loco illius uerbi (pro cōtumacia) scribat (pro recognito) & si recognoscēs est ecclesiastica psona in monitorio, inseret clausula suspensionis modo quo supra, si uero testes recognitioni interfuerint, inserent in pmissis & loco huius cōplexi (corā Notarijs nostris & c. recognitis) ponet corā Notario nostro infra scripto in p̄sentia. N. & O. testiū ad hoc rogatōrū recognitis & c.

¶ Forma Conquæstus.

OFFICIALIS Curiaē Coloniēsis plebano S. Colūbæ ac uniuersis salutē in domino. Significauit nobis prouidus uir Iohānes Gram cū quærela q̄ nō nulli utriusq̄ sexus homines iniquitatis filij quorū noia ad p̄sens in specie se igno rare asserit, timore dei postposito, ausu temerario ex domo habitationis dicti con querētis sita in lata platea infra ciuitatē Coloniensem clā asportarūt seu abstulerūt certa elenodia aurea & argētea, domus utētilia, stānea & cuprea, aliasq̄ res nō modicas illas suis usibus aut alienis inuito dño dānabiliter applicātes, in aīarū suarū graue periculū & ipsiut cōquerētis dānū per maximū, super q̄bus dictus con querens ad nos recursū habens petijt sibi opportuno iuris remedio subueniri. Hinc est quod uobis mandamus quatenus publice de ambonibus ecclesiarū uestrarū dū dū populi multitudo ibidē ad diuina audiēdū cōgregata fuerit, moneatis & requiratis oēs & singulos utriusq̄ sexus hoīes huiusmodi rerū præscriptarum surreptores, asportatores, detentores, illosq̄ hospitantes & scientes aut ipsi cōsiliū & auxiliū ad facinus prædictū præstātes ac in præmissis reos & culpabiles,  
E iij quorum



## S T A T U T A

quorū nomina sciueritis in specie, reliquos uero in genere ut infra quinq; dies post uestrā monitionē prænominato cōquerēti huiusmodi ablata & clam asportata, absq; ullo illius incōmodo restituant & reddāt ac emendā condignam desuper præstent uel sese super damnis huiusmodi asportationis cū eadē cōquerēte amīcabiliter cōcordent, ipsiq; forefactores huiusmodi scientes illos infra eundē præexpressum terminū reuelent seu manifestēt & nominent, alioquin ipsos oēs & singulos, tā forefactores, assertatores, hospitantes, scientes, & nō reuelātes, aut in præmissis culpabiles monitioni nostrā nō parentes in his scriptis excōmunicamus, excōmunicatos publice nunciatis & teneatis, nisi medio tempore, causas coram nobis &c. ut supra.

Petrus. N.

¶ Excommunicatio desuper per modum transfixi.

OFFICIALIS Curiaē Coloniēsis plebano S. Columbæ ac uniuersis salutē in dño. Cū nos iam dudū oēs & singulos utriusq; sexus hoīes forefactores, assertatores reꝝ & bonorū in mādato monitionis nostrā, cui hæc nostra cedula est transfixa latius exp̄ssos, ac illos hospitātes scientes & nō reuelātes ipsiq; cōsiliū & auxiliū ad facinus hmōi de quo in eodē monitorio nostro præstātes ad alias in illis culpabiles ob nō partitionē eiusdē nostri monitorij ac inibi cōtentorum excōmunicauerimus monitione nostra cōpetēte p̄missa, nec curant parere neq; absolui. Hinc est quod uobis mandamus, quatenus eosdē forefactores ac oēs & singulos alios p̄tactos, singulis diebus dñicis & festiuis, campanis pulsatis, candleis accensis & extinctis, excōmunicatos publice nūciatis & teneatis, Reddite literas sigillatas, &c.

Petrus. N.

¶ Citatio cum literis.

OFFICIALIS Curiaē Coloniēsis plebano &c. ac uniuersis salutē in dño. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie corā nobis Iohānē ad feriā sextā post Epiphaniā dñi hora primæ cū lris uniuersis à nobis cōtra Petrū obtētis facturū & recepturū, desuper quod iustum fuerit & rationis, Reddite literas sigillatas, &c.

Petrus. N.

¶ Citatio cū literis in valuis cōtra habētes literas q; moram trahūt in locis in qbus pro executione lraꝝ facienda tutus nō patet accessus, dummodo tamen de hoc legitime constiterit.

OFFICIALIS Curiaē Coloniēsis plebano beatæ Mariæ in Pasculo ac uniuersis salutē in dño. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie corā nobis Iohānē in Mollē cōmorātē si ipius p̄sentia cōmode habere poteritis, alioq; p̄affixionē p̄sentia copiarūq; dimissionē valuis maioris ecclesiæ & Aulae Archi  
(episcopalis Coloniēsis

## HERMANNI

ad feriam quartam post palmarum, & ad horam quartam post meridiem cū lite-  
ris uniuersis à nobis contra Henricum in Tuitio cōmorantem obtentis receptū  
rū desuper quod iustū fuerit & rationis, cum intimatione debita & cōsueta, &c.

Petrus . N.

¶ Citatio contra Testes & partem ad uidendum iurare testes.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano &c. (sicut in una citationū  
priorū) ad iurandū de perhibendo ac ad perhibendū ueritati testimoniū in causa  
inter eundē Iohannē actōrē ex una & Petrū reū ex altera partibus corā nobis in-  
decisa pendēte, citantes etiam eundē Petrū reū ad praefatā diē ad uidendū & au-  
diendū dictos testes coram nobis produci, recipi, admitti & iurare, necnō sibi ter-  
minū aliquē cōpetentē dandi interrogatoria si quae dare uoluerit per nos statim  
aliasq; & alia fieri prout ius & ordo dictauerit ratiōis, Reddite lras sigillatas &c.

Petrus . N.

¶ Citatio generalis ad procedēdū in causa appellationū cū clausula certificatoria

OFFICIALIS Curiae Coloniensis iudex causae seu causarū appellatio-  
nis seu appellationū & partiū infrascriptarū autoritate metropolitana uel ordina-  
ria cōstitutus plebano in . N. ac uniuersis & singulis Presbyteris, Clericis, & No-  
tarijs publicis quibuscūq; salutē in dño. Vobis mādamus q̄tenus ad instantiā Pe-  
tri appellantis citetis, peremptorie corā nobis ad Aulā Archiepiscopālē Colo-  
niensē, in qua iura reddi solēt, Iohannē appellatū ad certā feriā uel ad decimāquin-  
tā seu octauā diē post executionē praesentiū, si iuridica fuerit, alioquin ad proxi-  
mā diē iuridicā hora primae ad procedendū, perq; nos & corā nobis procedi ui-  
dendū & audiendū in causa appellationis siue appellationū pro ipso appellante  
à quadā assera sentētia diffinitiuā aut interlocutoria siue decreto per uenerabilē  
dñm Officialē Curiae Monasteriē seu Bonneñ. pro ipso Iohāne appellato lata  
siue lato, alijsq; grauaminibus eidē appellati per praedictū dñm Officialē ut asse-  
ritur illatis, ad nos & sedē nostrā metropolitanā uel ordinariā interposite & inter-  
iectae seu interpositae & interiectae, ac nullitatis & iniquitatis sentētiaē seu de-  
creti hmoi, ac totius processus desuper forsan habiti attēptatorūq; & innouatorū  
quorū cunq; ad oēs & singulos actus & terminos iudiciales gradatim & successi-  
siue ac usq; ad sentētiaē nostrā diffinitiuā inclusiue cū cōpetētib; diēū & termi-  
norū interuallis ac alias prout de iure fuerit procedēdū & faciēdū cū intimatione  
debita & cōsueta certificātes etiā eūdē citatū q; si in termino citatōis hmoi corā no-  
bis cōparere nō curauerit, nos nihilominus ad pmissa oia & singula ac eorūdem  
cōtinuationē ulteriores, etiā usq; ad sentētiaē nostrae diffinitiuae promulgationē  
ac illius executionē inclusiue per aliorū mādatorū nostrorū desuper forsan decet-  
nēdorū & emittēdorū ueraz; copia; ualuis maioris ecclesie & Aulae Archiepis-  
copalis Coloniensis affixione eo inibi de cætero ut moris ē & nō aliter uocato cō-  
tra eundē procedemus & procedi faciemus iustitiā mediāte, ipsius absentia siue

E v cōtuma;

## S T A T V T A

contumacia in aliquo nõ obstantibus, Reddite literas sigillatas, diem, modum & formam executionis præsentium nobis fideliter & liquide rescribētes, Datū &c.

Petrus. N.

¶ Citatio similis cū imploratiōe iurissubsidij in causa appellatiōis Leodiēn̄.

OFFICIALIS Curiaē Colonien̄sis iudex causæ appellatiōis & partiū infra scriptarū autoritate metropolitana cōstitutis venerabili viro dño Officiali Leodiēni salutē in dño. Vos in iurissubsidiū requirimus in dño, pariter & hortamur, quatenus per uestros subditos citari mādētis & faciatis peremptorie, Coloniaē corā nobis in & ad aulā Archiepiscopale ibidē, in qua iura reddi solēt, Iohānē Leodiēni cōmorantē, appellatū ad certos diē & terminū cōpetētes, ad voluntatē latoris præsentiū assignādos, dūmodo terminis citatiōis huiusmodi in se nõ minus q̄ duodecim dies à diē suæ executionis cōputādos cōtineat hora primæ ad instantiā Henrici etiā incolæ Leodiēnsis appellātis ad procedendū, procediq; uidentū & audiendū per nos & corā nobis in causa appellatiōis pro parte dicti appellantis cōtra partē appellatā à uobis & auditorio uestro, ad nos & sedem nostrā Metropolitanā Coloniaē interpositā & iteriectā ad oēs & singulos actus & terminos iudiciales causæ eiusdē gradatim & successiue usq; ad sententiā nostrā diffinitiuā inclusiue competentibus diē & terminorū interuallis ac alias prout de iure fuerit procedendū, cū intimatione debita & cōsuetā certificañ. &c. ut supra, Reddite literas sigillatas, ac diē, modū & formā executionis præsentium, & quicquid in præmissis actū fuerit, nobis per uestros subditos fideliter & liquide rescribi mandētis & faciatis. Datum anno domini millesimo quingentesimo uicesimo nono, diē uicesimanona Decembris.

Petrus. N.

¶ Citatio prima contra creditores.

OFFICIALIS Curiaē Coloniaēnsis plebanis beatæ Mariæ in Pasculo sanctoꝝ Martini minoris, Colūbe, Laurētij & Albani ac vniuersis salutē in dño pro parte prouidoꝝ uiroꝝ Iohānis & Wilhelmi ciuiū siue incolæ ciuitatis Coloniaēnsis executorū seu manusidelū Testamēti seu ultimæ uolūtatē quondā honesti uiri Adæ dū uixit incolæ ciuitatis prædictæ nobis expositū extitit, qd licet præfatus quondā Adā, dū adhuc in hūanis ageret aiæ suæ saluti prouidere uolens, & ne intestatus decederet suum rite & legitime condiderit & ordinauerit Testamētum seu ultimam uoluntatē in quo prænominatos exponentes suos manusidēles & eiusdem sui Testamēti executores constituerit & deputauerit, atq; eisdem dispensationē rerū suarū & bonorū sibi à deo collatoꝝ cōmiserit, ipsiq; executores exponētes parati fuerint, prout ad eos spectat oibus & singulis creditoribus præfati quondā Adæ testatoris pro rata, & iuxta quantitātē bonorū per eūdem testatorem relictorum, & per dictos exequutores inuentorum, liquidato prius debito seu credito satisfacere, nihilominus tñ nõnulli utriusq; sexus hoies asserentes dictū Adā testatorē sibi in diuersis pecuniarū summis, dānis rebus & interesse ac alijs

## HERMANNI

ac alijs debitis tempore obitus sui remanuisse obligatū, diuerfas actiones propter  
rea contra eundē sibi cōpetisse & nūc contra præfatos executores occasione ac  
ceptionis oneris huiusmodi testamenti cōpetere prætendunt. Hinc est quod  
nos Officialis prædictus pro parte dictorū executorū debita cū instantia requisiti  
vobis oibus & singulis supradictis & uesterū cuilibet in solidū in uirtute sanctæ  
obedientiæ districtē precipiendo mandamus quatenus ad dictorū executorū in  
stantiā citetis peremptorie corā nobis publice de ambonibus ecclesiæ uestre  
populi multitudine iribi ad diuina audiendū congregata, necnon per affixionē  
præsentiu copiarūq; earundē dimissionē ualuis maioris ecclesiæ & aulæ Archi  
episcopalis Coloniensis ad aulā prædictā primo & pro prima dilatiōe oēs & singu  
los vtriusq; sexus hoies ecclesiasticos & seculares creditores dicti quondā Ade  
testatoris ad feriā sextā post Epiphaniæ dñi hora primæ ad proponendū, notifi  
candū & insinuandū præfatis exequutoribus debita actiones pecuniarū sum  
mas, resq; alias in quibus dictus quondā Adā testator tēpore obitus sui eis remā  
sit obligatus cōputaturos de super cū eisdem, cū ipsi exequutores, ut præmittitur,  
parati sunt vnicuiq; creditoꝝ huiusmodi (debito prius liquidato) iuxta quantita  
tem bonorū relictoꝝ, & per eos inuentorū ad decretum nostrū satisfacere, certifi  
cantes insuper eosdē sic citatos & eorū quemlibet, quod si in termino citationis  
huiusmodi comparere nō curauerint & notificationem debitorum suorum seu  
actionum dictis exequutoribus facere neglexerint, Nos ipsis & eorū cuilibet su  
per suis actionibus & impetitionibus assertis perpetuum silentium imponemus,  
Et dictos executores ab eorū actionibus & impetitionibus huiusmodi absolue  
mus ac ad executionē dicti Testamenti per eosdem executores procedendū fo  
re decernimus, ac alias prout iustum fuerit fieri faciemus iustitia mediante, ipsoꝝ  
rum citatorū absentia seu contumacia in aliquo nō obstantibus, Reddite literas  
sigillatas, Diem siue dies, modū & formam executionis ac publicationis præsen  
tium & quicquid in præmissis feceritis nobis præsentibus liquide rescribentes:  
Datum anno domini millesimo quingentesimo vicesimo octauo die uicesima  
secunda Decembris.

Petrus, N.

### ¶ Citatio super Expensis.

OFFICIALIS Curia Colonienſis plebano in Lechnich ac uniuersis  
salutē in dño. Vobis mandamus quatenus citetis, &c. ut in una ex duabus pri  
mis formis hora primæ ad instantiam Iacobi supra expēsis responsurū, uel super  
expensis Licenciatorij responsurum, Reddite literas sigillatas, &c.

¶ Sequuntur clausulæ citationum diuersarū in prima uel secunda  
formis citationum locandæ, super quibus Notarij, Ban  
cales non procedent in contumaciam,

Super iniurijs uel damno dato responsurum.

Super matrimonio & illius occasione legitime responsurum.

Super

## STATUTA

Super iactatione matrimonij legitime responsurum.  
Super reclamacione matrimonij legitime responsurum.  
Super impedimento matrimonij legitime responsurum.  
Super defloratione responsurum.  
Super contributione ventris & puerperij responsurum.  
Super agnitione prolis responsurum.  
Ad uidendum taxari mandari expensas.  
Ad uidendum statui alios terminos soluendi recognitum.  
Ad luendum pignus.

## FORMAE ABSOLUTIONVM PER BANCALES SCRIBENDARVM.

### ¶ Absolutio simplex.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Bonna ac vniuersis salutem in domino. Iohannem reum excommunicatum à nobis pro contumacia uel pro recognito ad instantiam Petri actoris, Nos de consensu eiusdem actoris in his scriptis in dei nomine absoluiimus, Absolutum publice nunciatis & teneatis. Datū anno domini millesimo quingentesimo vicesimo octauo, die vicesima tertia mensis Decembris.

Petrus. N.

### ¶ Absolutio ad tempus.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano &c. ut supra, Nos de consensu eiusdem actoris in his scriptis in dei nomine usq; ad festum Epiphaniae domini proxime futurum inclusiue cum reincidentia ipso facto absq; aliorum mandatorum nostrorum expectatione absoluiimus, quem interim absolutum & post tempus praetactum reintrusum & reexcommunicatum publice nunciatis & teneatis, nisi aliud defuper à nobis receperitis in mandatis, datum anno &c.

Petrus. N.

### ¶ Absolutio pro defuncto excommunicato.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano &c. Quondam Hermannum dum vixit excommunicatum à nobis pro contumacia uel recognito ad instantiam Petri, nos de consensu eiusdem in his scriptis in dei nomine absoluiimus absolutum publice nunciatis & teneatis, vobis tenore praesentium etiam indulgentes, ut funus dicti Hermannii in forma ecclesiae consueta, ecclesiasticae sepulturae

## HERMANNI

ruræ licite tradere ualeatis, dummodo tamen uobis constiterit signa pœnitentiæ in agone mortis in eo apparuisse super quo uestram oneramus conscientiam. Datum anno domini millesimo quingentesimo uicesimonono, die uicesimaseptima Decembris.

Petrus .N.

¶ Absolutio pro iudicibus qui ob nō paritionē brachij sunt excōmunicati.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in .N. ac uniuersis salutem in domino. Aduocatum, Schultetum, Schabinos & Præconem, ceterosq; temporale iudicium ibidem regentes autoritate nostra excommunicatos pro & ex eo quod quendam Iohannem per plures menses & dies etiam à nobis pro contumacia uel recognito ad instantiam Petri excommunicatum pro sua absolute one minime compulerunt laborare, nos in his scriptis de consensu dicti Petri absoluius, absolutos publice nunciatis & teneatis. Datum &c.

Petrus .N.

¶ Alia cum parte principali.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis &c. Iohannem pro contumacia, nec non iudices temporales ibidem excommunicatos à nobis ob non paritionem monitionis nostræ, siue brachij secularis ad instantiam Petri, nos in his scriptis de expresso consensu ipsius actoris in dei nomine absoluius, &c.

Petrus .N.

¶ Absolutio in Clamdestinis pro duabus personis.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Iuliaco ac uniuersis salutem in domino. Iohannem & Gretam coniuges excōmunicatos autoritate statutorum sanctæ Ecclesiæ Coloniensis pro & ex eo quod matrimoniū clandestinum ad inuicem contraxerunt, in his scriptis absoluius, absolutos publice nunciatis & teneatis, uolentes nihilominus quod dicti coniuges huiusmodi matrimonium infra duos menses à data præsentium proxime sequentes tribus proclamationibus à se inuicem distantibus legitime præhabitis in facie ecclesiæ ut mortis est solenniserint, dummodo canonicum impedimentum non obstiterit, super quo uestram conscientiam oneramus, alioquin ipsos coniuges post cursum prædictorum duorum mensium in pristinam sententiã excommunicationis reintrudimus & excommunicamus reintrosos, & excommunicatos ut prius, publice nunciatis & teneatis. Datum anno domini, &c.

Petrus .N.

F

¶ Si con

## S T A T V T A

¶ Si contractui testes adfuerunt, scribatur.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano, &c. Iohannem & Gretā cōiuges excōmunicatos auctoritate statutorū sanctae ecclesiae Coloniensis pro eo quod matrimoniū clamdestinū ad inuicem cōtraxerunt una cū Henrico & Petro qui cōtractui praedicto interfuerūt, in his scriptis, &c. ut supra.

Petrus. N.

¶ Absolutio pro vna persona.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Xandis ac uniuersis salutem in domino. Gretam excommunicatam auctoritate statutorum sanctae ecclesiae Coloniensis, pro eo quod matrimonium clamdestinum cum Andrea dicitur contraxisse, nos in his scriptis absoluiimus, absolutam publice nuncietis & teneatis, dummodo per ipsam non stet quo minus dictum matrimonium in facie ecclesiae ut moris est solennifetur, aliudq; impedimentum legitimum non obstiterit, super quo uestram conscientiam oneramus. Datum anno dñi &c.

Petrus. N.

¶ Absolutio simplex pro testibus qui contractui  
Clamdestino interfuerunt.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Dusseldorp ac uniuersis salutem in domino. Henricum & Conradum excommunicatos auctoritate statutorum sanctae ecclesiae Coloniensis, pro eo quod contractui matrimoniali clamdestino, inter. N. & N. ut testes interfuerūt, nos in his scriptis absoluiimus, absolutos publice nuncietis & teneatis, Datum &c.

Petrus. N.

¶ Citatio cum litera absolutionis ad effectum aliquem  
iuxta priora mādata in pristinam excommu-  
nicationem reintrudendi.

OFFICIALIS Curiae Coloniensis plebano in Frechem ac uniuersis salutem in dño. Vobis mādamus quatenus citetis peremptorie corā nobis Fredericū ad diem Veneris octauā mensis Ianuarij hora primae ad instātiā Anthonij cū litera absolutionis à nobis cōtra eundē Anthonium obtenta, ad uidēdum & audiendum ipsum in pristinam excōmunicationis sententiā reintrudi, ac alias facturum & receptorum de super quod iustum fuerit & rationis, Reddite literas sigillatas, Datum, &c.

Petrus. N.

¶ Reintru

# HERMANNI

¶ Reintrofio.

OFFICIALIS Curiae Colonienfis plebano in Frechem ac uniuersis fa-  
lutem in domino. Quia Fredericus citatus peremptorie coram nobis ad diem  
Veneris octauā mensis Ianuarij hora primæ ad instantiā Anthonij cum litera  
absolutionis à nobis obtenta, & ad uidentū & audiendū ipsum in pristinā excō-  
municationis sententiam reintroduci, ac alias facturus & recepturus desuper quod  
iustum fuerit & rationis, non comparuit, ipsum contumacem reputauimus,  
Quare eius contumacia in aliquo non obstante, ipsum iuxta priora mandata in  
pristinam excommunicationem reintrofimus, & ut prius excommunicauimus  
Hinc est quod uobis mandamus, quatenus ipsum singulis diebus dominicis &  
festiuis, campanis pulsatis, candelis accensis & extinctis, iuxta priora mandata,  
pro contumacia uel recognito reintrofimus, & ut prius excommunicatum pub-  
lice nunciatis & teneatis, Reddite literas sigillatas. Datum anno domini millesi-  
mo quingentesimo uicesimonono, die prædicta.

Petrus, N.

Wilhelmus Audiencarius.

F. ij



S T A T V T A

SEQVUNTUR QVE

DAM ALIA STATVTA, PARTIM AN-  
 tiqua, nuper autem in lucem reuocata, partim noua non  
 minus necessaria quàm salubria.

Et primum,

¶ Statutum olim Reuerendissimi Domini Hermanni Archie-  
 piscopi Colonien. &c. de Executionibus  
 Testamentorum.

**H**ERMANNVS Dei gratia sanctæ Colonienſis eccleſiæ Archi-  
 episcopus, Princeps Elector, &c. Cum nil plus debeat hominibus,  
 quàm ut ſupremæ uoluntatis, poſtq̃ iam aliud uelle non poſſunt, liber  
 fit ſtilus, & licitū, quod non redit arbitrium, noſtraq̃ interſit, ut uota de-  
 functorū per omnia obſeruentur & adimpleantur, Idcirco pietatē & miſericor-  
 dia quam defunctis debemus, moti, ac animarū ſaluti cōſulentes authoritate no-  
 ſtra ordinaria ſtatuiſmus & ordinamus, ut cuiuſcunq̃ Teſtamēti ultimæ uolun-  
 tatis ſiue Codicilli aut etiā ordinationis quorumcūq̃ legatorum uerbo uel in  
 ſcriptis quomodocūq̃ factorum Executors manuſideles ſiue fidei commiſſa-  
 riū quomodocunq̃ nominentur & appellentur, infra annum continuum à die  
 mortis Teſtatoris computandum Teſtamenta, ultimas uoluntates, Codicillos ſi-  
 ue ordinationes legatorum defunctorum debeant realiter & cum effectu execu-  
 ti fuiſſe, alioquin dicto anno elapſo, executio teſtamentorum ultimarum uolun-  
 tatum Codicillorum ſiue piarum ordinationum nulla expectata monitione ſi-  
 ue auſatione, ad nos noſtroſq̃ ſucceſſores futuros Archiepiſcopos pro tempo-  
 re deuoluatur.

Inſuper ſtatuiſmus & ordinamus, præcipimūſq̃ & mandamus, ut Executors  
 præſati infra trigintaunum dies à die mortis Teſtatoris computandos Sigil-  
 lifero Curie noſtræ Colonienſis ueras & integras de uerbo ad uerbum concor-  
 dantes & collacionatas Copias ex ueris originalibus extractas Teſtamenti &  
 Inuentarij realiter & cum effectu debeant exhibuiſſe, ſub pœna excommunica-  
 tionis latæ ſententiæ & decem florenorum Rheneſ. Fiſco noſtro dicto termi-  
 no lapſo ipſo facto perſoluendorum, niſi ſubſtantia defuncti tam ampla & ma-  
 gna ſit aut aliud legitimum obſtaret impedimentum, quod infra dictos triginta-  
 unum dies bona defuncti nequeant commode conſcribi & de his inuentarium  
 fieri, Extunc nihilominus noſtro Sigillifero pro tempore teneantur hoc ipſum  
 ſignificare, & infra trigintaunum dies prædictos à Sigillifero tempus compe-  
 tens petere, Quod etiā ſi eorum petitio fuerit rationabilis eis non denegabitur,  
 ſub pœnis & cenſuris prædictis.

Item,

## HÆRMANNI

Item, Ordinamus, statuimus, præcipimus, & mandamus, ut dicti Executores cuiuscunq; Testamenti ultimæ uoluntatis Codicilli aut ordinationis quorumcunq; legatorum infra mensem post annum prædictum immediate sequentem sine ulteriori dilatione coram nobis de executione dicti Testamenti computationem, rationem & calculû legitimos realiter & cû effectu fecisse debeant & teneantur, alioquin in pœnas excommunicationis & decem florenorum prædictorum incidant ipso facto.

## DE NON ADMITTENDIS

DIS TABELLIONIBVS, NISI PER OFFICIALEM ADMISSIS & SIGILLIFERUM CURIÆ COLONIENSIS DESCRIPTIS & REGISTRATIS.

**H**ERMANNVS Dei gratia sanctæ Colonienfis ecclesiæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperij, per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusq; natus &c. Vniuersis & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Pastoribus plebanis, Viceplebanis, cæterisq; Ecclesiarum, seu cappellarum rectoribus per nostras ciuitatem & diocœsim Colonien. vbilibet constitutis, ac alijs nostris subiectis uniuersis, Salutem in domino. Dudum recolenda me moriæ prædecessor noster Dominus Walramus salubri ordinatione statuit de Tabellionibus ad exercendum tabellionatus officium non admittendis, nisi primum per Officialem Curie nostræ Colonien. examinatis & admissis, Cuius tenor sequitur, & est talis:

**Walramus** Dei gratia, &c. Dilectis sibi Abbatibus, &c. Quoniam morbum per nostras ciuitatem & diocœsim generalem compluribus nostris damnosum subiectis, & periculosum Reipublicæ cognouimus ex facti euidencia irrepisse, quo dum passim hi qui se ad dictas nostras ciuitatem & diocœsim transtulerunt, uel in eisdem degerunt ad tabellionatus exercendum officium se senserunt admitti, complures nulla legitima potestate succiti, utpote qui ab illis, quorum aliqui suam creandi potestatem (quamuis tamen asseruerint & asserant ab imperiali culmine processisse) de facto solum absq; ullo aut cû minus sufficiente sibi titulo usurparunt, quidam etiam eorum penitus sunt ignoti, sic, q̄ eorum potestas cum nec ostendi nec famari possit, potius conficta præsumitur à creatis, q̄ usquam rerum existere in natura, asserunt se creatos uel qui suæ creationis ostendunt, uel ostendere possunt nullam penitus potestatem quosdam etiam tam grammaticæ, quàm contractuum ignaros aut infames, periuros, & infideles, aliasq; leues personas huiusmodi didicimus officium usurpasse, propter quod contra iuramentû quod in creatiõe tabellionû præstari cõsueuit, super cõtractibus usurarijs & alijs per uim & fraudem cõuentis, necnõ

F iij alijs fa

alijs factis extra iudicialibus ubi ipsi cōficiētes rogati nō fuerint, imō qđ percu-  
 losius nec præsentes, ad uoluntatem hoc petentium per falsitatis commentum,  
 quædam etiam ex sui forma falsa & cum falsis datis, & indictionibus nonnulla  
 incerta & defectuosa ex corruptione grammaticæ complura confici uidimus  
 publica instrumenta, quibus multi nostri subiecti etiam innocenter, status & ho-  
 noris & bonorum suorum periculum subierunt. Nos igitur tam generalem pe-  
 stem & mortiferam magis omnibus uenenosam, per quam sine defensione in  
 se innocens potenter succumbit, & sibi latenter concius potenter ascendit, de  
 nostris terminis extirpare radicitus, quo possumus conamine cupientes, omni-  
 bus & singulis cuiuscunque conditionis aut status fuerint, eis tamen exceptis,  
 qui ab imperiali auctoritate sine medio processerunt, qui in nostra ciuitate &  
 diocesi in antea tabellionatus officium uoluerint exercere, præsentibus inhi-  
 mus, ne huiusmodi officium in iudicialibus uel extra iudicialibus factis, quoquo  
 modo exercent clam uel palam, nisi prius ad Officialis nri pro tēpore existentis  
 se præsentiā contulerint, cui in his plenam & specialem præsentibus tribui-  
 mus potestatem, & per eum cuius auctoritate hoc officium exercendi sibi posse  
 uendicent, & de alijs quæ fuerint indaganda reperti admissibiles & idonei ad  
 huiusmodi exercitium in eisdem licentialiter admittantur. Quorum nomina in  
 posterum ab ipso Officiali nostro uolumus registrari. Alioquin in omnes &  
 singulos contrarium facientes sex dierum monitione præmissa excommunica-  
 tionis sententiam ferimus in his scriptis, & nihilominus instrumentis per ipsos  
 confectis nullam fidem per præsens nostrum statutum uolumus ac decernimus  
 adhiberi. Inhibentes etiam uobis omnibus & singulis sub pœna suspensionis à  
 diuinis, quam ipso facto incurrere uolumus contrarium facientes, ne aliquis ue-  
 strum quarumcunque commissionis literarum prætextu quemquam in tabellio-  
 nem creet, nisi prius ipsum in his, quæ de iure tabellio scire debet, examinauerit  
 diligenter, & per examinationem solertem conuenienter idoneum repererit ad  
 ipsum officium exercendum, & etiam iuramentum præstiterit in ipsa creatione  
 præstari debitum & consuetum. Datum & actum de Capituli nostri consilio  
 & consensu. Anno domini, millesimo, tricentesimo, tricesimo octauo, in crasti-  
 no beati Michaelis Archangeli.

**Verum. quia** tam salubre statutum, temporum iniuria quasi oblite-  
 ratum inuenimus, cuius tamen obseruationem hisce  
 temporibus propter succrescentem hominum maliciam & plurima scandala,  
 quæ experientia edocti, ex quorumuis qui sibi tabellionatus officium arro-  
 gant tolerantia in nostram Rempublicam irreperunt: credimus apprime,  
 imō multo magis quàm antea unquam necessariam. Quocirca idem statu-  
 tum præsentibus literis nostris innouandum & corroborandum duximus,  
 mandantes illud sub pœnis inibi contentis, firmiter obseruari. Et nihilomi-  
 nus quoniam nimium multis grassantibus, grauiorem oportet adhibere uin-  
 dictam, ut quos à delicto uirtutis amor nō retrahit, retrahat saltem pœnæ for-  
 mido. Et quia pœna unius esse soleat metus multoꝝ, p̄dictis oibus & singulis per  
 Officialē nostrū non admissis & approbatis & Sigilliferū nostrū minime anno-  
 tatis, & in album Notarioꝝ descriptis, tabellionatus officium penitus interdici-  
 mus sub

## HERMANNI

sub prædictis, necnon etiam falsi & cõfiscationis omnium bonorũ suorũ pœnis, Quas illos, quemcunq; tabellionis actum exercentes, incurrere uolumus ipso facto ad illarum declarationem aduersus eosdem acerrime prout de iure processuri & procedi curaturi. Scituris etiam prædictis contrauentoribus, q̄ eorundem scripturis, relationibus, seu actibus quibuscunq; nulla penitus in iudicio uel extra fides adhibebitur. Et ne quis huius saluberrimæ ordinationis ignorantiam quouis modo prætere ualeat, præsentem literas in Curia nostra Archiepiscopali, ac omnibus & singulis iudicijs, tam ecclesiasticis quàm secularibus nostrarũ ciuitatis & diocœsis. Necnon etiam per Decanos Christianitatum in suis Synodis publicari præcipimus. Datum in arce nostra Poppelstorff, mensis Septembris penultima. Anno millesimo, quingentesimo, uicesimo sexto.

## DE NON ADMIT

TENDIS LITERIS APOSTOLICIS SIVE  
gratiam siue iustitiam continentibus, nisi per Commissarios  
infra scriptos, uisis & examinatis.

**H**ERMANNVS dei gratia sanctæ Coloniensis ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Westphaliæ & Angariæ Dux, Legatusq; natus, &c. Venerabilibus & honorabilibus, deuotis, nobis dilectis, Arnolde Broicksmyt Officiali, Iohanni Gropper Sigillifero Iurium doctoribus, & Iohanni Trip Fiscalis, Curie nostræ Coloniens. salutem in domino, &c. Quoniam iugis sollicitudine commodis inuigilamus subiectorum, & inquirere non cessamus, si quid sit in nostra republica corrigendum, perspeximus, immò ipsa experientia didicimus, maximum sane morbum per nostras ciuitatem & diocœsim improborum hominum uitio irrepsisse, qui sibi falso tabellionatus officium arrogant. Cum quidam eorum nulla sint legitima potestate fulciti. Quidam penitus ignoti, Quidam uero ignari, leues, periuri, infames, & nullius fidei nebulones: Et tamen sub hoc nomine & officij uedicati autoritate plurimorum malorum sunt authores, Et quod inter omnia magis detestandum est, prætextu literarũ Apostolicarum, aliquando falsarum, aliquando non in hoc cõcessarum, subiectis nostris miris technis imponunt. Sæpenumero em̄ nudis Copijs, & priuatis chartis rem agunt, cum aut originalibus careant, aut supposititijs utantur, interdũ subscriptiones confictas adhibent, & sigilla adulterina apponere non formidant, Et alijs mille artibus simplices & innocentes fraudant, concutiunt, & futuræ litis metu à iure suo deterrent. Pecunias illicite emungunt, exigunt, & diripiunt, Quosdam beneficijs ecclesiasticis, quæ multis iam annis iusto titulo possederunt, iniustissime extrudunt, intolerabiliq; damna immerentibus inferunt, Et nihil sibi

S T A T V T A

fibi non licere credunt dum impune peccant, Quorum improbitate fit, ut auctoritas Apostolica, quæ summa esse debet, & literæ pontificiæ, quas obseruari conuenit, contemnantur, imò maximis iniurijs incessentur, plurimâq; scandala in ecclesia dei, præsertim hisce deploratissimis temporibus suboriantur, Quibus occurrere & optamus & debemus, præsertim cum tam iuxta canonicas, quàm legitimas sanctiones, acerrima falsi indagatio fieri debeat, & maiorem seueritatem exigat, ut merita eorum, qui falsis principum rescriptionibus utuntur, digna coerceantur pœna. Nos igitur nõ q̄ potestatem Apostolicam quouis modo restringere, aut imminuere, seu illi aliquod præiudiciũ inferre (quod abfit) intēdamus, sed commodis subiectoꝝ nostrorum consulere, & improborum conatus reprimere cupientes, ad uniuersorum utilitatem pertinere perspeximus, si apostolicorum mandatoꝝ auctoritate uindicantes, formã insinuationi præfigamus, ne cuius liceat illis pro sua abuti uoluntate, sed ut uere à falsis, ab adulterinis probe & germane dinoscantur, idcirco prædecessoꝝ nostroꝝ uestigijs inhæretes, & præsertim recolendæ memoriæ Dñi Wilhelmi statutũ, ut literæ impetrantiũ siue dispensationũ, sine nro examine nõ recipiantur, innouãtes, & in postero firmiter obseruari mādantes, omnibus & singulis cuiuscũq; cõditionis & status fuerint, interdiciamus, ne aliquas literas apostolicas aut gratiã aut iustitiã cõtinētes, quocũq; nomine censeantur, in nostris ciuitate & diocœsi quibusuis personis nobis subiectis intiment, insinuēt, publicēt, aut alias quouis modo exequãtur, nisi primũ uobis, Officiali & Sigillifero Curie nostræ, quos eius rei Commissarios deputamus, exhibitæ & presentatæ, ac per uos uisæ, examinatæ, uestroq; testimonio Sigillo Curie nostræ sigillato, admittæ & approbatæ fuerint, Excõmunicationis & mille florenorũ pœnas cõtemnēte & infringēte hãc nostram prohibitionem incursum, Inhibemus etiam omnibus & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Capitulis, Ecclesiã rectoribus, Clericis & Tabellionibus nostræ ciuitatis & diocœsis, ac alijs nostris subiectis uniuersis, ne aliquas literas apostolicas siue gratiã siue iustitiã cõtinētes, nisi ut præmittitur, prædictis nostris Cõmissarijs primũ presentatas, & per illos sanas, integras, nõ uiciatas, nec suspectas, falsitatisq; & alijs uitijs carētes repertas, recipiant, seu illis fidẽ & credulitatẽ adhibeãt, aut adhibere curēt, Vobis igitur cõmittimus & mādamus ut quantũ unũquẽq; uestro & eius officii cõcernit, hmõi oia & singula suprascripta, prædictis omnibus & singulis nostris subiectis cuiuscũq; cõditionis & status fuerint, & quorũ interest insinuari & publicari curetis, Volumusq; ut tu procurator noster Fiscalis aduersus prædictos intimatores & executores literarũ apostolicarũ, priusq; p̄ nostros Cõmissarios prædictos uisæ, perspectæ & signatæ fuerint, ac alios quocũq; cõtemptores & temerarios cõtrauētores, & rebelles exacta diligētia absq; ulla mora ad declarationẽ censurarũ & pœnarũ supradictarũ, ac alias prout de iure procedas, seu procedi facias, Et nihilominus illos nobis nominatim indices & designes præter pœnarũ prædictarũ incursum pro nostro arbitrio, & negotij qualitate plectēdos In hoc facietis nobis rem gratã, & uestro officio dignã, Datũ in arce nostra Poppelstorf, mensis Septembris ultima, Anno M. D. XXVI,

De his

HERMANNI

DE HIS QUI MA

TRIMONIUM CLAMDESTINE

contraxerunt.

**O**FFICIALIS Curiae Coloniensis vniuersis & singulis Christianis  
nitatum, Decanis, Parrochialium ecclesiarum & capellarum rectoribus,  
plebanis, uiceplebanis, Capellanis curatis & non curatis, caeterisque  
Presbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuscumque  
per ciuitatem & diocesim Coloniensem ubilibet constitutis nobis subiectis, Salutem  
in domino. Et nostris huiusmodi firmiter obedire mandatis. Quare la gra-  
uem pro parte honorabilis domini Iohannis Trip Reuerendissimi Domini no-  
stri Domini Hermanni Sanctae Coloniensis ecclesiae Archiepiscopi, Princi-  
pis electoris &c. procuratoris Fiscalis recepimus in effectu continentem. Quod  
cum nedum de iure uerumetiam ex statuto ac antiqua & laudabili ab immemo-  
rabili tempore, citra obseruata consuetudine dictae ecclesiae Coloniensis, clande-  
stina contugia fuerint & sint prohibita. Necnon taliter matrimonia contrahen-  
tes ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant, atque cum matrimonia  
inter aliquas personas fuerint contrahenda, tres proclamationes in ecclesijs par-  
rochialibus, sub quarum parrochijs huiusmodi personae natae fuerint, aut mora-  
traxerint, seu domiciliu fuerint publice de ambonibus, seu alijs consuetis & pu-  
blicis locis populi multitudine ibidem ad diuina audiendu congregata, & tribus  
diebus festiuis a se inuicem distantibus, praemitti consueuerint & debeant, ut in-  
fra illu terminu, si alicui impedimentum aliquod occurrerit & obstat opponat.  
No licuerit praetactis personis per ciuitate & diocesim Coloniensem, constitutis, &  
in eisdem mora trahentibus, matrimonia clandestina, aut alias aliunde, nisi hu-  
iusmodi proclamationibus praetacto modo factis, prauijs cotrahere. Nihilomi-  
nus tamen frequenti assidua fama prauijs, & q doler referimus, euidetia facti id  
acclamate ad aures nostras diuersis cu querelis, & per mediu dicti procuratoris  
Fiscalis peruenit, quomodo plures personae, praelibato Reuerendissimo dno nro  
Archiepiscopo Coloniensem, & nobis subiectae, inter quas plura impedimeta, quo-  
minus matrimoniu inuicem cotrahere potuissent coperta fuerint & in euetum,  
quo proclamationes praetacto modo factae praecessissent, indubie huiusmodi im-  
pedimeta opposita fuissent, timore dei postposito propriaeque salutis immemores,  
nedum extra sua parrochia, ueruetiam diocesim Coloniensem, huiusmodi proclama-  
tionibus etiam minime prauijs se matrimonialiter copulari fecerunt, & passim faci-  
unt, atque suos plebanos ad easde personas, ac si in earunde ecclesijs debite copula-  
tae fuerint pro coiugibus legitimis habendas, tenendas & reputandas copellere, nisi  
fuerunt & passim nituntur. No obstante q inter aliquas ex eis notoria, quo minus  
in matrimonijs huiusmodi persistere possunt, obstat impedimeta, unde plura  
scandala exorta sunt, & quotidie magis ac magis exoriuntur in earudem animarum  
grauia pericula. Nos igitur Officialis praefatus huiusmodi scandalis & periculis,  
quantu possumus obuiare cupientes pro parte supradicti dni Iohannis Trip, pro  
G cura

G cura

## S T A T V T A

curatoris Fiscalis super hoc requisiti, uobis omnibus & singulis supradictis, & uestrum cui libet in solidum, in uirtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis poenae, auctoritate nostra praesentium tenore districtae praecipiendo committimus & mandamus, quatinus personas supradictas, quae inter se (ut praemissum est) matrimonium clam destine contraxerint, & quae se tribus proclamationibus, tribus diebus festiuis a se inuicem distantibus in eae parrochialibus ecclesiis non praesentibus, ac sine licentia sui proprii pastoris extra suam parrochiam siue etiam diocesim Colonien. matrimonialiter copulari fecerunt, in uestris ecclesiis & capellis ac alijs locis publicis, ubi quoties & quando expediens fuerit excommunicatos publice nunciatis, & ut tales euitetis, & ab alijs quantum in uobis fuerit nunciari, & euitari faciatis, donec deo & ecclesiae satisfecerint, ac absolutionis beneficiu a dicta excommunicationis sententia a nobis meruerint obtinere. Inhibentes nihilominus uobis Christianitatu, Decanis, Pastoribus, ac rectoribus ecclesiarum & capellarum, Plebanis, Viceplebanis, Capillanis, Presbyteris, & alijs supradictis. Nec non quibuscumque utriusque sexus personis, per ciuitatem & diocesim Colonien. praedictas ubilibet constitutis, sub dicta excommunicationis, & quinquaginta floren. aureorum, praefato Reuerendissimo domino nostro, si commissa fuerint applicandis poenis, prout uobis & ipsis, sic praesentium tenore inhibemus. Vobis uidelicet Christianitatu, Decanis, Pastoribus, ac Rectoribus ecclesiarum & capellarum, plebanis, uiceplebanis, Capillanis, Presbyteris, & alijs supradictis, de quibus opus fuerint, ne tales personas, quae inter se (ut praesertur) matrimonium clam destine contraxerint, & tribus proclamationibus tribus diebus festiuis a se inuicem distantibus in eae matrice ecclesia non praesentibus, ac sine licentia sui proprii pastoris extra suam parrochiam, siue diocesim Colonien. taliter qualiter matrimonialiter copulari se fecerunt pro coniugibus legitimis minime admittatis, teneatis & reputetis. Quinimo ut excommunicatos publice euitetis, & uitari procuretis. Ipsi uero utriusque sexus personis supradictis uestris parrochianis, ne de caetero aliunde, & extra suam parrochiam, seu etiam diocesim Colonien. absque licentia sui proprii pastoris, & tribus proclamationibus modis & formis, prout praescribitur minime praesentibus matrimonium solenniter, seu matrimonialiter se copulari faciant, publice uel occulte quouis quesito, etiam ad hoc colere uel ingenio, Alioquin contra ipsos contrarium facientes, & huiusmodi nostro mandato, non parentes, addictae excommunicationis sententiae declaratione, ac poenae pecuniariae exactorem arctius, quo de iure poterimus, procedemus, & procedi faciemus, nisi saltem infra sex dies post praesentium insinuationem & publicationem ipsis factam proxime sequentes, causas coram nobis rationabiles, quae re praemissa fieri non debeant, & ad ea non teneantur, allegauerint. Dicto domino, Iohannem Trip. procuratore Fiscalis, ad hoc legitime uocato, Reddite literas sigillatas, & debite executas. Datum anno domini, M. D. XXVII. Mensis Septembris, die uicesima octaua.

Scriptum per me Crathonem de Wetter Notarium.

# TABVLA COMPRE

HENDENS SALARIVM PROCVRATORVM,  
Notariorum communium, Audientiarj,  
& Bancalium.

## DE SALARIO PROCVRATORVM.

Procuratores habebunt pro salario suo, quemadmodum superius in Reformatione noua, titulo de Procuratore, Statuto sexto continetur.

Pro obseruatione cuiuslibet termini in causis summarijs, qui in Actis non redigitur, recipient unum solidum.

## DE SALARIO NOTARIORVM communium,

Notarij communes habebunt pro quolibet folio in Actis, tam pro scriptura quam Rubricatura simul, duos albos, uti habetur in Reformatione noua titu. de Notarijs, Statuto tertio & vndecimo.

Similiter pro quolibet folio Actorū summarie conscriptorum & eorundem rubricatura, habebunt simul duos albos.

Pro singulis mandatis (qualia sunt mandata, citationū, monitionū, excōmuni-  
cationū, absolutionum, & istis similia inferius nō expressa) recipient duos albos.

Pro annotatione seu prothocollatione cuiuslibet actus, utputa receptionis cō-  
stitutionis, respōsionis, seu recogniti ac aliorū similiū, recipient duos solidos.

Pro scriptura inhibitionis, arresti, declarationis interdicti, citationis primæ, se-  
cūdæ, & tertix cōtra creditores, absolutionū super declarationibus, reuocatiōis,  
inhibitiōis, relaxatiōis interdicti, arresti, cōmissionis examinis testiū, absolutiōis  
ad cautelam in causis appellationū, executorialiū in causis summarijs, sex albos.

Pro scriptura decreti impositionis silentij contra creditores, duas marcas.

Pro scriptura attestatiōis seu dictiois testiū, recipient, tā à producēte, q̄ ab illo  
contra quem seu quos producti sunt, pro qualibet sexternione quator marcas.

Pro Copia Rotuli recipient similiter, tam ab actore, quam reo, pro qualibet  
sexternione, duas marcas.

Si contigerit Notarium communem testes extra Coloniā examinare, da-  
buntur eidē singulis diebus duæ marcæ, pro laboribus & fatigis illius, ultra quas  
producens faciet eidem expensas.

Notarius iurisdictionis legationis apostolicæ, pro prima sexternione cui que-  
rela literæ apostolicæ, cōmissiones, ac alia iura inferunt, habebit ditaxat. ij. marcas  
Pro reliquis uero Actis seu registro, tantū quantum cæteri nostri Notarij cōes.  
Abstinebit tamen deinceps à prolixiori non necessaria extensione, tam manda-  
torum, quam actorum, ne partes nimium ex hoc grauentur.

Idem de primo mandato absq; insertione literarum apostolicarū, habebit vnā  
marcā. Si uero literæ apostolicæ inserantur. Similiter de declaratione & interdicto  
recipiet nouem albos, De alijs uero mādatis, vnum album.



## DE SALARIO AVDIENTIARII.

Audientiarius pro registratura cuiuslibet nominis, vnum hallen. habebit.  
Pro registratura alicuius Communitatis, Capituli, Collegij, Conuentus, Consulatus, Executorum, Prouisorum, Curatorum &c. vnum album.  
Pro suspensione citati extranei, vnum album.  
Pro qualibet signatura recessus extranei, licentiatorij contra singulares personas vnum album.  
Quod si pro, seu contra aliquam communitatem, vnum album.  
Pro scriptura documenti litispendingiæ, vnum album.

## DE SALARIO BANCALIVM.

Bancales pro scriptura cuiuslibet et mandati usque ad monitionem contra uicinos exclusiue, recipient quatuor hallen. siue in uno mandato una, siue plures personæ comprehendantur, infrascriptis tamen exceptis.  
Pro scriptura cuiuslibet monitionis, excōmunicationis contra uicinos, monitionis cū insertione recogniti, citationis cū literis in ualuis, excōmunicationis super conquestu, monitionis contra personam ecclesiasticā, excōmunicationis, quæ præcessit citatio quare, ac reintrusionis, vnum solidum.  
Pro scriptura mādatorū cōtra aliquā cōmunitatē, cōuentū, capitulū, fraternitatē, executores, iudices, tutores seu curatores, & his similes, vnum album.  
Pro scriptura cuiuslibet absolutionis, pro cōtumacia uel recognito, pro una uel pluribus psonis, ratiōe unius causæ, Etiā pro absolutione clamdestina integra uel media, uel pro testibus qui clamdestino contractui interfuerunt, vnum solidū.  
Sed si pro communitate, ut supra, aut pro presbytero, nobili, militari uel egregia aut ecclesiastica persona, pro cadauere, pro earū qualibet, duos solidos.  
Pro scriptura monitionis generalis conquestus, citationis ad uidendum poni interdictum, vnum album.  
Pro citatione prima contra creditores, sex albos.  
Pro executione eiusdem citationis, sex albos.

## SEQVITVR CORRECTORIVM.

A. iij. statuto. xxvii. lege sic, quæ excederet à data monitionis. Itē, in fine eius de statuto, superaddēdo aliquot uerba, sic leges, vnus albus denarius, dūmodo nō excedat ultra annū. B. ultimo, statuto. x. linea. v. lege, executi sint, Deinde in octaua linea ibidē, lege, illoꝝ expēsis. C. ij. facie. ij. statuto. iij. lege, syllabas habebūt. Itē, statuto ibidē quarto, circa finē, leg. ex eoꝝ manibus &c. C. ij. sta. xvii. lege, Et si cōpererint iā tres &c. C. ultimo, sta. ij. le. ingerat se. Et ibidē, quouis modo se intromittat. Itē, in statuto ibidē. iij. lege, uidelicet per citationē cū literis, cōstitutionē. D. i. stat. iij. leg. in nostra ciuitate. D. ij. stat. ij. linea. iij. ea de re ædificata, &c. D. ij. facie. i. linea. viij. lege, computandis &c. Item, facie ibidem. ij. linea. iij. lege, immitti & easdem pro &c.

## FORMA TAXANDI VIATICVM delatiōis mandatorū ad loca diocœsis Coloniēn. infrascripta.

Reisa in partē diocesis superiorē. Reisa lateralis, seu ultra fyluam. Reisa in partē diocesis inferiorē

Duits,		Mechteren, Kriell,		Ossendorp,
Broill, Badorp,		Gunterstorff,		Merhem,
Berstorff,		Buckelmundt,		Neil,
Imendorp,		Widerstorff,		Merckenich
Meschenich,	iiij. halleñ.	Kyrdorp,	iiij. halleñ.	Rynkassel. 4. hal
Pynstorff		Loeuenich,		Woringen,
Swadorp		Brovviler, Haerbell,		Wylor
Surda,		Vrechen,		Esch
Walberberch,		Baichem, Gluell		Lonrich.

Keldenich, Ouervvesselinck,		Liblair, Gymmenich		Zons,
Sechten, Hembrich		Kyrdorp ouer den busch,		Nyuenheym,
Kardorp, Sent Merten,		Balckhusen, Lechnich		Nettelheim .i. s.
Roefsburch, Waldorp	.i. s.	Erp, Blaet, em,	.i. s.	Vdyncshauen,
Brenich, Bornhem,		Blytshem, Wiler vp der Euen,		Rummerfyrchen
Metternich, Orenfelt,		Quaetraedt, Wilersvivist,		

Bon, Hersel		Zulp,		Hoennigen,
Deitfyrchen, Eendenich,		Frouwenberch		Neuuenfyrchen,
Heymerfheym,		Wichtrich,	X. halleñ.	Capellē, Ellen,
Grainryndorp,	X. halleñ.	Born,		Goestorp X. hal
Syborch, Lessenich,		Pynshem,		Oestorp,
Vilick, Witterslich				Vremerfhem,
Bulleshem,				Gisenfyrchen,
				Rosell, Norff

Reisa in partem diocesis inferiorem.

Dottendorp, Friemerstorff,		Nuyß	
Remstorff, Luftelbergh,		Butgen	
Flertshem,		Gleen,	
Ipelendorp,		Greuenraidt	.i. album.
Flamerfhem		Holtem,	
Meckenhem,		Gysenfyrchen,	
Ramerfhauen,			
Rembach,	.i. albū		
Nyenfyrchen,			
Dreis, Ludendorp			
Vdendorp, Mijll, Esch,			
Straiffelt, Olme.			

Melem, Baichem,		Herde,	
Berchem, Birgelen		Lancf	
Vilipgen, Kleynwynteren,	XV. halleñ	Wilick,	XV. halleñ.
		Buderich,	

Reisa in partem diocesis superiorem.

Arwiler, Adendorp,  
Erstorp, Benhouen,  
Dernaw, Ecfendorp,  
Gelstorp, Holtzwiler  
Lymerstorp, Vrytdorp  
Wadenhem, Buyl  
Yppendorp, Ryngen  
Kyrchduen, Konynxwynteren,

iiij. s.

Vncfel, Brysich,  
Konynxfelt, Waltorp,

XXI. halleñ.

Erpel.

ij. alb.

Aspach,  
Wynthain.

XXVII. halleñ.

Reisa in partem diocesis inferiorem.

Geirtbochem,  
Anraidt  
Osteraidt,  
Vrdingen,  
Lynn  
Bodberich,  
Forst  
Kärst.

iiij. s.

Hult,  
Vda  
Kempen.

XXI. halleñ.

Bercka,  
Reppeler.

XXVII. halleñ.

¶ In reliquis uero locis diocesis supra nõ specificatis, in qbus latores literarũ cursum suũ cũ delatione mandatoꝝ habere solent cõtinuũ, taxabũtur pro uiatico delationis cuiuslibet mãº dati, de qlibet miliari, iiij. halleñ. In locis aut alijs totius diocesis, in qbus cursum seu reisas hmõĩ nõ habent continuos, taxabitur pro quolibet miliari, unus albus.

¶ In mãdato qlibet siue vna siue plures psonæ noiatae sint, idem semp uiaticũ cõputabitur. Excepto gñalis monitiõis mãdato cõtra diuerfas partes, in & sup diuerfis causis exequẽdo.

¶ DE SALARIO EXECVTORIBVS MANDATOꝝ  
rum exoluendo.

Pro executione cuiuslibet citationis, monitiõis, excommunicationis, &c. duos halleñ.

Pro executiõẽ cuiuslibet monitiõis & excõmunicationis contra uicinos. iij. halleñ.

Pro executione cuiuslibet mandati, contra iudices, contra aliquam cõmunitatem, aut collegium, &c. Executione quoq; inhibitionis, arresti, & conquestus, unum album.


Salarium latorum literarum per magistrum latorum seu nunciorum de consensu Sigilliferi, iuxta rei & causæ qualitatem ordinabitur.

Si quis noluerit expectare cursum latorum, & p aliquẽ ex nuncijs, suis expensis (quod potest) mãdatum emiserit, aut Notariũ aliquẽ ad exequẽdũ mãdatũ destinauerit, pars tñ cõtra quã mãdatũ emittit, nõ grauabit in taxa uiatici plus q si expectatus fuerit latorum cursus, nisi causæ necessitas aut euidens ex mora periculum aliud suaserit.

¶ Coloniae in officina honesti ciuis Petri Quentell.  
Anno M. D. XXIX. Mense Februarij.









In aliis principes se habere debeant iura ecclesiam et eiusdem defensionem  
unde xxij q v - principes Et est beati Isidori  
xxij q ij - transferuntur unde correptionem clerici  
q q om puenit

Et raras vitis vitij quosq; susceptione  
Semper eos terram quos viticulis habe

Quod mihi nunc male fit, tibi iras erit, ergo resiste  
Ius mihi tolle nri, quia rectus in alieno  
facto q; proprio constanter iniqua reludes  
Iustus zelo proprijs no letibus actus

Partem prostratus sit nobilis maleonis  
Tu quoq; fac simile quisq;ms dñaris in orbe

Habet hoc omnis doctrina multo  
facilius et audientis gratiam  
ab amato preptore transfunditur

Seneca Nemo benefica  
infabularium facit!







849

W a  
J 365